TRACTATVS

DE EFFECTIBVS CLERICATVS,

IN QVO PRAETER ECCLESIASTICAM IVRISDICTIONEM, & Clericorum priuilegia, omnes ferè casus, ad materiam pertinentes, eruditißimè declarantur, & resoluuntur.

AVTHORE

DOMINO DON CAROLO DE GRASSIS,

SICVLO, PANORMITANO, V. I. D.

CELEBERRIMO.

OPVS QVIDEM OMNIBVS IN VTROQVE FORO VERSANTIBVS admodum vtile, & necessarium.

Cum Summarijs, ac Indice locupletissimo.

ACCESSERVNT PRÆTEREA ADDITIONES AD TRACT. DE EFFECTIBVS Clericatus, & in fine operis eiusdem Authoris singularis tractatus de Amicitia.

Nunc primùm in lucem editus.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET FOELICISSIMVM SÆNATVM PANORMITANVM.

SVPERIORVM PERMISSV.



PANORMI, Apud Io. Baptistam Maringum Impressorem Cameralem. M.DC.XXII.

ILLVSTRISSIMO,

AC FAELICISSIMO

SENATVI PANORMITANO.

QVOD olim D.Carolus de Grafsis V. I. D. frater meus propofuerat, id ego iam abfoluo, optimumq; carifsimi fratris confilium ne cadat irritum, efficio. Librum ille de Effectibus Clericatus ab fe accuratè compofitum, elaboratumque Panormitano Senatui Fęlicifsimo (qui & labori pręmium benignè promifit) dicare ftatuerat. At mors abrupit confilium, fratrem fuftulit, filumque honeftarum, quas animo moliebatur, actionum acerba præcidit. Fraternum igitur opus, quafi pofthumum fœtum, ego (quando adhuc vitam concedit optimus Deus) pro fratre dicatum tibi, Fęlifsime Sęnatus, volo; opus enimuerò cùm fratris meique in te amoris, atque obferuantiæ pignus; tum verò facrum, ac mea quidem fententia perutile: in quo non vna videas ex vtroque iure (cuius erat ille peritifsimus) petita argumenta, vel ad erudiendum, vel ad commune bonum, quàm maximè valentia. Hoc vos, Patres optimi, fi qua foletis humanitate acceperitis, cum gratum mihi feceritis, fratrifque manibus; tum verò Panormitanis omnibus animos (quod veftra cum primis intereft) addideritis ad meliora femper, ac longè illuftriora facinora aggredienda. Itaque fiet, vt dum Vrbis tantæ magnitudo qua peramplis ædificijs, qua ciuium nobilitate, ac multitudine crefcit in fingulos pene dies; in ftudijs, bonifque artibus (vnde venit in vrbes, ac regna verum decus, & ornamentum) minime decrefcat.

Petrus de Graffis.

SIMEONIS LISINICHII SICVLI AMISTRETTINI
carmina in Authoris laudem.

Quid tibi legiferum celebrare, Camœna, Lycurgum?
Trigrandemque Senem? Cecropiumque virum?
Incipe Cyrrhæis cantare ſororibus, Echo
Aſſonet; antra ſono concaua mundus erit.
Præpetibus rapidè plumis Titanis, Humique
Orbem circumadeas; filia, ab orbe polos.
Carolus hic ille eſt, quid maius iure Solone;
Cuius fama Jndos, vel Garamantas adit.
Et veluti ſuperat rutilantia ſydera Phœbus;
Sic ſuperas alios, Carole, iure viros.
Hoc teſtatur opus, gemmis quod fulget honeſtis;
Cœleſte ingenium dicitur eſſe tuum.

ALIVD.

Serta tuus Petrus dedit atque inſignia Cæſar,
Quorum tu ſacris legibus alta paras,
Carole ſerta; manus Clarij, quæ legerat ante,
Serta diu meritis Graſſe dicata tuis.

IN AVCTORIS LAVDEM.

Cauſſarum ſapiens effectibus abdita pandit
Craſſus facundo Carolus ore refert.
Plenius hic quidquid reliqui dixere priores
Edocet; ac fuſum nectare tradit opus.
Cedat iure Solon, iactet ne græca Lygurgum
Sparte; hic ex fumo lumina clara dedit.

ELENCHVS
OMNIVM EFFECTVVM,
QVI IN IPSO TRACTATV
ex ordine continentur.

Cle-

uen-

DON CAROLI
DE GRASSIS
PANORMITANI IVRISCONSVLTI EMINENTISSIMI.

TRACTATVS DE EFFECTIBVS CLERICATVS.

SVMMARIVM PRAELVDII.

1 Clericatus fuit constitutus de iure diuino.
2 Clerici dicuntur quodammodo tenere locum Apostolorum.
3 Clerici vnde sic appellentur.
4 Clerici sunt qui forte Dei ministerio seruiunt.
5 Clerici dicuntur translati ad famulatum domini, & segregati à cœtu laicorum.
6 Clerici quid iurare habeant ex eorum officio, & quibus debent esse intenti.
7 Clerici debent sacramenta populis ministrare, eosq; pascere.
8 Clerici dicuntur res sacra.
9 Clerici in actibus suis vndique elucescere debent.
10 Turpitudinibus suspicio à clericis abesse debet.
11 Clerici debent esse sicut candelæ super Candelabro:
12 Clerici debent esse perfectiores, & sanctiores laicis.
13 Clerici debent laicos moribus præcellere, & scandala quantum possunt fugere.
14 Clerici dicuntur magis peccare quàm Laici, ideo grauius puniuntur.
15 Clericatus est qualitas aggrauans peccatum.
16 Dignitas Sacerdotalis quantum est excelsior, tanta maior erit ruina si peccauerit.
17 Clericus in sacris in eodem genere peccati magis peccat, quàm constitutus in minoribus.
18 Peccare grauius dicitur qui maiori præfulget dignitate, ideo grauius est puniendus, & n. 22.
19 Fornicatio est grauior in cõstituto in dignitate quàm in Clerico simplici.
20 Delictum fit grauius & turpius ex qualitate, & dignitate delinquentis.
21 Maior in honore debet esse maior in sanctitate.
23 Clerici cur magis peccent quàm laici.
24 Clerici sunt efficatius obligati ad diuinum amorem.
25 Clerici debent oĩno esse casti, & cõtinentes, & mũdi.
26 Cautus Clericorum luxuriãtium, Deo plus displicet, quàm placet.
27 Dicens quòd simplex fornicatio non est peccatũ mortale habetur pro hæretico.
28 Luxuria quantum sit detestabilis in Clericis.
29 Clericus habens rem venercam cum soluta quod genus peccati cõmittat, & n. 30. 31. 32. 34. 35. 36
33 Clericus quando ordinatur coniungitur Ecclesiæ sicut sponsus sponsæ.
37 Episcopus habens rem veneream cum soluta dicitur committere adulterium.
38 Monaci fornicantes committunt incestum.
39 Monaci & cæteri regulares expressè profitentur castitatem.
40 Clerici in sacris fornicando committunt incestum.
41 Clerici cum promouentur ad ordines sacros tacitè castitatem promittere censentur.
42 Concubina Clericorum dicitur fornicaria.
43 Coitus clerici beneficiati dicitur coitus damnatus.
44 Filij nati ex prælatis, ex regularibus, ex Clericis in sacris cõstitutis, & ex Clericis beneficiatis dicuntur nati ex damnato coitu, & sunt incestuosi.
45 Filius natus ex Clerico beneficiato, & ex soluta potest legitimari per subsequens matrimonium, & in eo habet locum dispositio loquens de filijs natis ex legitimo matrimonio.
46 Clericis omnis coitus est interdictus.
47 Pœna Clerici fornicarij, quæ nam sit, & quid si esset notorius, & scandalosus, nu. 48. & quid si fornicatio haberet aliquam deformitatem, num. 54. & quid in foro exteriori, n. 55. & 56. & quid si fuit monitus, n. 37.
48 Clerici fornicantes in quam pœnam incurrant, & quid si essent notorij, & scandalosi, n. 48. & quid si fornicatio haberet aliquam deformitatem, nu. 54. & quid in foro exteriore, num. 55. & 56: & quid si fuit monitus, n. 57. 59. 60. 61. 62.

49 Clericus notorius fornicator celebrando fit irregularis.
50 Audientes missam à Clerico notorio fornicario peccant mortaliter, quod intellige, vt n. 51.
52 Clerici publici concubinarij non debent admitti ad recitandum diuina officia simul cum alijs.
53 Fornicator notorius quando quis dicatur remissiuè.
58 Monitio ad hoc vt operetur suum effectum quo ordine sit facienda.
61 Clericus concubinarius priuatur beneficio, & tenetur restituere fructus perceptos, & n. 62.
63 Ignorantia quantum sit detestabilis in personis Ecclesiasticis, & multa de scientia Clericorum.
64 Scientia in Clericis requiritur de iure diuino, & canonico.
65 Clericorum officium est populos docere, & ab erroribus eos remouere.
66 Illiterati non possunt promoueri ad ordines Clericales.
67 Illiteratus circa beneficia obtinenda est magis odiosus, quàm homicida.
68 Dispensatio non admittitur cum penitus illiterato.
69 Illiterati sunt monstra & opprobrium in Ecclesia.
70 Illiterati non possunt obtinere beneficium Ecclesiasticum, & obtentum possunt cogi relaxare.
71 Collatio beneficij facta illiterato, & ignoranti, est ipso iure nulla.
72 Illiterati sunt incapaces beneficiorum.
73 Illiteratus quis dicatur.
74 Scientia quænam requiratur in clerico simplici, & qua in sacerdote, n. 76.
75 Scientia quando dicatur eminens, quando mediocris, & quando sufficiens.
76 Ordinari ad hoc vt quis possit, quæ scientia sit necessaria in ordinibus sacris, & qua in minoribus, num. 78.
79 Scientia quanta requiratur in confessarijs.
80 Prælatura quam scientiam exigat.
81 Cardinalatus dignitas non potest conferri nisi magistris in Sacra Theologia, vel doctoribus in vtroque iure, vel saltim in iure canonico, vel licētiatis.
82 Doctoratus rescripto principis non potest promoueri ad prælaturas, & beneficia Ecclesiastica.
83 Scientia quanam sit necessaria ad obtinendas dignitates Ecclesiasticas.
84 Papa dēt esse magis litteratus, quàm cæteri prælati.
85 Dignitates Ecclesiastica ex dispositione sacri Concilij Tridentini debent conferri doctoribus si in prouincia adsunt.
86 Litterati melius seruiunt Ecclesiæ quàm ignari, & idiotæ.
87 Plus prodest vnus doctus decem Ecclesijs, quàm decem idioti vni Ecclesiæ.
88 Ecclesia Dei indiget viris litteratis.
89 Ecclesia Dei fauet viris litteratis.
90 Vtilitatis Ecclesię causa expensum dicitur, quod est expensum ratione studij.
91 Studijs canonum incumbētes magis merentur quàm religiosi.
92 Gregorius Papa XIII. fuit primus, qui erexi. seminaria in alma vrbe Romana, & in alijs mundi partibus.
93 Don Cæsar Marullus Archiepiscopus Panormitanus laudatur.
94 Legatum factum pro se manutenendo in studio, vel pro emendis libris caussa studij dicitur ad caussas pias, & n. 95.
95 Falcidia non detrahitur de legato facto pro se manutenendo in studijs.
96 Ius Canonicum non minus prodest ad ecclesiam benè regendam quàm Sacra Theologia.
97 Ecclesia Dei non potest regi per puram, & solam Theologiam absq; facultate canonica.
98 Prælati debent esse magis docti in iure canonico quàm in Theologia.
99 Canonista potest prædicare.
100 Ius canonicum tendit directò ad regimen animarū.
101 Ius canonicum appellatur Theologia practica.
102 Doctor in iure canonico præfertur Thologo in collatione beneficij quando beneficium est in partibus vbi non viget hæresis, secus si vigeret hæresis.
103 Doctor canonista præfertur iurista, & doctor in vtroque iure præfertur in vno tantum doctorato, & quid si studeret in vna tantum professione.
104 Beneficiati tenentur residere in proprijs beneficijs si habent curam animarum alias priuantur fructibus ipsorum beneficiorum.
105 Beneficiatus excusatur à residentia si abest causa studij, & habetur pro præsente, & an requiratur licentia ordinarij; & per quantum tempus potest abesse, & in qua professione debet studere, & in qua ætate vide ibidem remissiuè.
106 Absens causa studij habetur pro præsente.
107 Absens causa studij dicitur abesse causa publicæ, vtilitatis.
108 Absens causa studij gaudet omnibus priuilegijs, quibus gaudent præsentes.
109 Absens causa studij habet beneficium restitutionis in integrum.
110 Monachus existens in studio potest contrahere, & obligare monasterium pro expensis in studio faciendis.
111 Dispensatio, quæ fit cum viris litteratis, dicitur honesta, & secundum ius.
112 Clerici non solum debent scire sacram Theologiam, & ius pontificium, verùm etiam humanas litteras.
113 Clerici habentes officium in aliqua ecclesia debent scire id, quod spectat ad suum officium.
114 Ignorantia eorum, quæ spectant de suum officium in clericis, est peccatum mortale.
115 Clericus si non intelligit officiū, quod recitat peccat.
116 Ignorantia non excusat quādo quis ex officio tenetur inuestigare id, quod ignorat.
117 Iudex, iudicans contra ius, tenetur quasi ex maleficio, & fecit litem suam.

Igno-

118 *Ignorantia iuris iudicem non excusat, & talis ignorantia æquiparatur culpæ.*
119 *Ignorantia computatur in numero detestabilium in ijs, qui alijs præsunt.*
120 *Iudex malè iudicans per ignorantiam punitur arbitrio iudicis.*
121 *Iudex, qui per imperitiam cōdemnauit aliquem ad mortem, debet ipse decapitari.*
122 *Artifex, qui per imperitiam errauit in eo, ad quod est conductus, tenetur omne damnum emēdare.*
123 *Medicus, qui per imperitiam occidit ægrotum, tenetur de occiso, & punitur pœna vltimi supplitij, si vero non occidit, sed aliud damnum intulit, tenetur ad interesse.*
124 *Ignorantia quando sit peccatum in laicis, & quādo eos excuset.*
125 *Iulianus Apostata statuit ut Christiani non possent studere neq, scientijs incumbere.*
126 *Bulla Martini 5. memoratur.*
127 *Clerici laicos scientia præcellere habent.*
128 *Doctor vbi promouetur ad aliquam dignitatem, uel officium, aut beneficium tunc non debet examinari, quod lim. ut n. 129.*
129 *Auaritia offendit clericalem dignitatem, ideo eam fugere habent, & nu. 132. & eius suspitionem, num. 133*
130 *Auaritia appellatur idolorum seruitus.*
131 *Auaritia est radix cunctorum malorum.*
134 *Sacerdotes non debent diuitijs incumbere.*
135 *Pluralitas beneficiorum quàm detestabilis propter præsumptam auaritiam.*
136 *Dispēsatus ad plura beneficia sine causa non est tutus quo ad Deum.*
137 *Pluralitas beneficiorum, quæ mala pariat.*
138 *Auaritia ut plurimum est causa simoniæ.*
139 *Auaritia aliquando est causa hæresis.*
140 *Clerici debent esse sobrij, & multa de sobrietate.*
141 *Clerici se inebriando peccant mortaliter.*
142 *Ebrius assiduè peccat mortaliter.*
143 *Bibere sine mensura, quando quis dicatur.*
144 *Pœna Clerici ebrij, quænam sit, & ad hoc ut puniatur debet moneri, & n. 149*
145 *Clerici non debēt in tabernis comedere, ampl. vt nec ualeat contraria consuetudo, ut n. 146*
147 *Consuetudo contra bonos mores potius est corruptela, & sic inualida.*
148 *Consuetudo contra ius canonicum est inualida.*
150 *Clerici debent fugere publica conuiuia.*
151 *Clerici non debēt inuigilare nimis in cura edendi.*
152 *Luxuriæ nutrimētū est nimis cibi, & potus perceptio*
153 *Ciborum nimia cogitatio animarum perturbat.*
154 *Clerici debent parsimoniam seruare.*
155 *Vestes Clericorum debent esse honestæ, & quales, & nu. 157.*
156 *Clerici non debent ut si uestibus sericis, neq; incisis, seu frappatis, neq; uarij coloris, & quid si adesset consuetudo, nu. 158*
159 *Clerici nobiles debent uestibus pretiosioribus indui.*
160 *Clerici non debēt uti uestibus nimis uilibus, & abiectis, aut serto exterminatis.*
161 *Vitia plerumq; se esse uirtutes mentiuntur.*
162 *Clerici debēt esse misericordes, & charitatiui, & sunt magis obligati exercere actus charitatis, quàm laici.*
163 *Clerici tenētur disponere eius bona in usus pios, & esse contenti uictu, & uestitu.*
164 *Clerici debēt pauperibus erogare id, quod eis superest ultra uictum, & uestitum.*
165 *Beneficiati in quos usus debent conuertere id, quod eis superest.*
166 *Beneficiatus potest uiuere de fructibus beneficij, & reseruare, & cumulare bona patrimonialia.*
167 *Beneficiatus non reparans Ecclesiam ruinam minantem peccat mortaliter.*
168 *Clerici debēt esse reales, & ueridici, & in suis actibus nullam adhibere fraudem.*
169 *Contrahentes licet ad inuicem se decipere infra dimidium iusti pretij.*
170 *Clericis non est permissum secum contrahentes decipere etiam infra dimidium iusti pretij.*
171 *Clerici plus quàm laici tenentur seruare æquitatem.*
172 *Christiano uiro non licet proximum suum circumuenire, & decipere.*
173 *Ecclesia non debet pati aliquid fieri contra iustitiam*
174 *Contrahens decipiens suum contrahentem etiam infra dimidium in foro conscientiæ tenetur ad restitutionem iusti pretij.*
175 *Clerici non debēt se inmixere rebus sæcularibus.*
176 *Clerici debent esse honesti, & quomodo se gerere habent, nu. seq.*
177 *Clerici nihil agere habēt, quòd offendat laicorum aspectum.*
178 *Clerici non solum debēt se abstinere ab ijs, quæ secundum se sunt mala, sed etiam ab ijs, quæ habent speciem mali.*
179 *Clerici prohibentur interesse spectaculis, & ludis hastilibus.*
180 *Clerici non debēt esse loquaces, & uerbosi, & cur. num. seq.*
181 *Loquacitas quos malos effectus pariat, & multa de loquacitate.*
182 *Nugæ in ora sacerdotum sunt peccata, & sacrilegiū*
183 *Clerici quales esse debent ad hoc, ut uerè clerici dicantur, & reprehendi non possint.*
184 *Clericatus in dubio non præsumitur fallit, ut n. 190. 191. 192*
185 *Doctor quis in dubio non præsumitur, & qui se fundat in doctoratu debet hoc probare.*
186 *Notarius in dubio non præsumitur.*
187 *Miles quis in dubio non præsumitur.*
188 *Nobilis quis nunquam præsumitur.*
189 *Qualitatem quis probare debet, qui dicit se qualificatum.*
193 *Laicus quilibet in dubio præsumitur.*
194 *Excipiens quòd aliquis non est Clericus nihil probare habet, ut n. 196*

195 *Agens vti Clericus ipse tenetur clericatum probare lim. vt nu. seq.*

197 *Clericatus quomodo probetur, n. 198. 200. 201. 205. 206. 207. 208. 209. 218.*

199 *Litteræ dimissoriales ad hoc, vt probent clericatum quas sollemnitates debent habere.*

202 *Clericatus quando probetur, & quando non ex confessione aduersarij, & n. 203. & 204*

210 *Testes super clericatu probando debent assignare causam sui dicti, & qualis debeat esse ista rō.*

211 *Testis vnicus probabit clericatum ampliatur n. 212 lim. vt n. 213. 214. 215*

215 *Clericatus debet plenè & perfectè probari ad hoc vt clericus remittatur suo iudici Ecclesiastico, & nu. 216.*

217 *Clericatus potest probari etiam testibus singularib. Clericatus an probetur per verba ennutiatiua Pontificis, vel prælati; & num. 220. 221. 222. 223.*

219 *Nominatio Pontificis, vel prælati, quòd aliquis sit clericus an probet clericatum, & n. seq.*

224 *Clericatus an probetur per ipsius quasi possessionem & n. seq. & n. 233*

225 *Clericatus quasi possessio an sufficiat ad hoc vt quis remittatur iudici Ecclesiastico, & n. 226*

227 *Clericatus quasi possessio transfert onus probandi cōtrarium in aduersarium.*

228 *Clericatus quasi possessio sufficit quò ad præparatoria iudiciorum.*

229 *Clericatus quasi possessio probat clericatum ad fauorem alterius, & non ipsius clerici.*

230 *Clericatus quasi possessio nihil operatur vbi is, qui reperitur in ea esset extorus.*

231 *Clericatus quasi possessio nihil operatur vbi constat de vitioso ingressu.*

232 *Clericatus quasi possessio non adest in legitimè nato*

234 *Probatio quod aliquis non sit clericus quomodo sit facienda.*

235 *Confessio clerici, quòd non sit clericus quando valeat, & quando sibi præiudicat, vel non*

237 *Illiteratus penitus quando quis dicatur.*

238 *Litterarum igniarus quis dicatur.*

242 *Ordinatus nemo præsumitur, & ordinatus de vno ordine non præsumitur ordinatus de alijs, etiam minoribus, limitatur vt n. 243. 244. 245.*

246 *Clericorum appellatione compræhenduntur omnes, qui aliquo ordine sunt ordinati, & nu. 252.*

247 *Clerici nomen est generale, & comprehendit omnes ordinatos, & num. 252.*

248 *Monaci, ac cæteri religiosi veniunt appellatione clericorum, & quando nu. 249. & 250. & 265.*

249 *Religiosi cuiuscunq; ordinis veniunt appellatione Clericorum, & quando, nu. 249. 250.*

251 *Religiosorum appellatione an, & quando veniant clerici seculares, & n. 266*

252 *Monacorum appellatione an, & quando veniant clerici seculares, n. & 266*

253 *Nouitij veniunt appellatione clericorum, item conuersi, & moniales.*

253 *Appellatione clericorum veniunt nouitij conuersi, & moniales.*

254 *Appellatione clericorum veniunt tam clerici regulares, quàm seculares.*

255 *Tertiarij an veniant appellatione clericorum.*

256 *Milites hyerosolimitani veniunt appellatione clericorum, & quando.*

257 *Hæremitæ quando veniant appellatione clericorum.*

258 *Appellatione clericorum an, & quando veniant cōstituti in dignitate, & n. 261. 263. 264.*

259 *Canonici veniunt appellatione clericorum, & quando, nu. 260.*

262 *Rescriptum seu statutum, obtentum contra clericos alicuius ciuitatis, vel prouintiæ, non comprehendit constitutos in dignitate.*

263 *Statutum editum contra clericos alicuius prouintiæ, vel ciuitatis non ligat constitutos in dignitate eiusdem prouintiæ, vel ciuitatis.*

266 *Statutum loquens de intrantibus monasterium non comprehendit clericos.*

267 *Habitus clericalis consistit in duobus, & in quibus.*

268 *Clericus non coniugatus quando dicatur incedere sine habitu, & quid in clerico coniugato, nu. 269.*

270 *Habitus clericalis qualis fuerit antiquitus, & qualis sit hodiè, & quomodo cognoscatur.*

271 *Forma habitus clericalis, quæ nam sit.*

272 *Habitus clericalis cuius coloris esse debeat.*

273 *Vestes quæ clericis prohibētur, & n. 275. 277. 279.*

274 *Clerici non possunt vti sellis, frenis, aut calcaribus auratis.*

276 *Berrettum clericale quod dicatur.*

278 *Homines non debent vti vestibus mulitbribus.*

280 *Tonsura quid, & quotuplex sit.*

281 *Tonsura quo tempore fuit in ecclesia introducta.*

282 *Ordines clericales quot sunt, & nu. seq.*

283 *Ostiariatus officium quale sit.*

284 *Minor septennio non potest promoueri ad ordines minores.*

285 *Salmistæ siue lectoris officium quid sit.*

286 *Exorcistæ officium quid sit.*

287 *Accolitus ordo qualis sit.*

288 *Subdiaconatus ordo, & eius exercitium quod sit.*

289 *Ætas quæ nam requiratur ad suscipiendum ordinem subdiaconatus.*

290 *Diaconatus ordo quid sit.*

291 *Ætas quæ sit necessaria vt quis possit fieri diaconus.*

292 *Sacerdotij siue presbiteratus ordo qualis sit, & de eius potestate.*

293 *Presbyteri nomen quid significet.*

294 *Sacerdotum dignitas quanta sit vide remissiuè.*

295 *Ætas quæ requiratur in sacerdotio.*

296 *Ordines sacri cur ita appellentur.*

297 *Ordines minores quandoque dicuntur sacri.*

298 *Prima tonsura quid sit, & nu. seq. & num. 302.*

299 *Prima tonsura quid denotet.*

300 *Clerici primæ tonsuræ gaudent omnibus priuilegijs cle-*

monasterium, in quo monacantur.

373 Populi appellatione quando veniant clerici etiam:

374 Vniuersitatis appellatione quando veniant Clerici.

375 Vassallorum appellatione, quando veniant Clerici.

375 Clerici quando veniant appellatione vassallorum.

376 Beneficium Ecclesiasticum habens praestat fidelitatem nouo regi.

377 Prouincialium appellatione quando contineantur Clerici, & an priuilegium concessum hominibus alicuius loci competat etiam clericis.

378 Hominum appellatione quando comprehendantur Clerici.

379 Clerici connumerantur in appellatione ciuium, populi, districtualium, & similium in his, quae possunt Clericis competere, secus in his, quae eis sunt interdicta.

380 Dispositio qualibet reducitur ad terminos habiles.

381 Priuilegia, concessa ciuibus, & similibus, competũt etiam Clericis.

382 Clericatus est dignitas.

383 Clerici dicuntur maiores laicis, & illis praeferri debent.

384 Clericis debetur honor, & reuerentia.

385 Clerici sunt superiores regibus, & principibus secularibus.

Dignitas Clericalis est maior imperatoria.

386 Iurisditio Ecclesiastica, & spiritualis est maior temporali.

387 Iudex Ecclesiasticus est maior seculari, & cur.

388 Iudex Ecclesiasticus potest supplere negligentiam iudicis laici.

389 Episcopi possunt, & debent corrigere Principes si viderint eos peccantes.

390 Presbyter. nomen, quid significet, & quantum sint honorandi.

391 Clerici seculares sunt magis honorandi quam regulares.

392 Clerici seculares sunt digniores monachis, ac caeteris regularibus.

393 Vita monachorum, & regularium est perfectior vita Clericorum secularium.

394 Clerici seculares etiam sine licentia Episcopi possũt ingredi religionem regularium, intellige, vt nume. 395.

396 Clerici in minoribus, & nouitij possunt ad libitum à religione discedere, secus est in constitutis in sacris, vel professis alicuius religionis.

397 Clerici quando dicantur clericaliter viuere.

398 Clericus in minoribus expressis verbis renuncians clericatui, dicens quòd nolit esse clericus, non debet vlterius ad Clericatum admitti.

399 Vouens se non clericari fit irregularis, licèt votum sit inualidum.

399 Iurans nolle fieri Clericus, vel monachus, fit irregularis, licet iuramentum non teneat.

400 Audiendus nemo est contra id, quod viua voce approbauit.

401 Iuri renunciato non datur amplius regressus.

402 Vita spiritualis, & contemplatiua est melior, quàm vita actiua.

403 Legatum factum cum conditione, quòd legatarius non ingrediatur monasterium tenet, licèt conditio reijciatur, tanquam turpis, quòd intelligas, vt ibi.

403 Conditio posita in legato, quòd legatarius non possit fieri religiosus reijcitur à legato, quod intelligas, vt ibi.

404 Legatum de mille si nupserit, & de quingentis si legatarius monasterium ingrederetur si factum sit, debentur tota mille, etiam si legatarius fieret religiosus, ampl. vt nu. 405.

406 Legatum alimentorum si est praestandum certo loco, si alimentandus noli: in eo loco stare alimenta non debentur.

407 Legatarius alimentorum si vult fieri religiosus consequitur legatum, etiam si nolit stare in loco, ubi testator iubsit, quòd alimenta praestentur.

408 Tutor si se excusat à tutela ammittit legatum.

409 Tutor, qui vult fieri clericus, & propterea excusatur à tutela, non emmittit legatum.

410 Monasterium an, & quando excludat substitutum.

411 Monasterium durante uita monachi habebit usufructum bonorum fideicommisso subiectorum, quod procedit quando monasterium esset capax.

412 Monasterium an, & quando habeatur loco filiorum.

413 Filius non potest exeredari ex eo, quia fecit se Clericum contra voluntatem patris.

414 Consulentes siue impedientes ne quis monachetur, & fiat religiosus sunt excommunicati.

415 Dominus potest repetere agricolas ascriptitios, qui sine eius licentia abierunt, quod lim. ut nu. 416.

417 Clericatus liberat seruum à seruitute.

418 Clericatus liberat libertum ab operibus libertorum.

419 Priuilegia concessa clericis debent latissimè interpretari.

420 Priuilegia concessa clerici, tãquam concessa non subditis transeunt in contractus.

421 Donatio facta per patrem filio ad hoc ut efficiatur sacerdos non computatur in legitima.

422 Clerici ac caeteri religiosi comprehenduntur in numero miserabilium personarum.

423 Ecclesia comprehenditur in numero miserabilium personarum.

424 Clerici sunt de numero pauperum.

425 Clerici tãm boni, quàm mali semper sunt honorandi

426 Ordini toto Clericali non est detrahendum ex eo, quia aliqui sunt mali.

427 Clerici orientales siue graeci non sunt subiecti dispositioni iuris Pontificij.

428 Clerici orientales quibus priuilegijs fruantur remissiuè.

429 Dicens se clericum cum talis non sit qua poena puniatur.

Vesti-

430 *Vestibus clericalibus, vel monachalibus vtens cùm talis non sic qua pœna puniatur.*
431 *Celebrans, vel audiens confessionem vti sacerdos cùm talis non sit quomodo sit puniendus.*
432 *Laicus impetrans beneficium, tanquam clericus caret impetrato.*

PRÆLVDIVM.

MEMOR cum semper fuerim præcepti Plinij secundi, qui ad Caniniũ Rufum scribens ipsum hortatur, vt aliquid effingat, & excudat, quod sit perpetuò suum, quia (inquit) reliqua rerum tuarum post te alium, atque alium dominiũ sortientur. Hoc nunquam desinit, si semel cęperit esse tuum. Qua Plinij exhortatione ductus, temporibus præteritis typis mãdaui tractatum de exceptionibus ad materiam statuti, excludentis omnes exceptiones, in cuius calce pollicitus fui alium edere tractatum de effectibus; in quo inter cætera de effectibus Clericatus aliquid scribere promisi. Ideo materiam ipsorum effectuum Clericatus in præsentibus aggredior; Et licet in fine eiusdẽ tractatus protestatus fuerim; quòd aliquid scribere, aut deducere nõ intellexerim, quod aduersetur Determinationi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nihilominus quia materia, de qua ad præsens sum tractaturus, est magis periculosa; decreui eandem protestationem etiam præmittere, qua præmissa, & singulo verbo relata deuenio ad tractatum de effectib. Clericatus. Qui quidem Clericatus dubium non

1 est, quod sit constitutus de iure diuino, *vt not. gl. in c. si Imperator 96. dist. Præposit. in c. in primis, §. de persona, n. 6. 2. q. 1. Abb. in c. solitę, ver. nota ibi Pontifex, de maiorit. & obed. Collegg. Ferrarien. latè conf. 3. n. 1. post conf. Zabarell. Hieron. Gigans in tract. de crim. læsæ maiestatis in tit. quis cognoscat de crim. læsæ maiest. n. 14. Mart. de iurisd. p. 1. c. 6. nu. 1. cum seq. Anastas. Germon. in tractat. de sacror. immun. lib. 3. c. 3. n. 35.* vbi dicit, quòd ex actibus Apostolorum manifestissimè probatur, quòd tempore ipsorũ Apostolorum fuerũt aliqui creati Clerici, dum in eis legitur, in c. 14. cum Paulus, & Barnabas constituissent illos per singulas Ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus; & commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt; & alibi legitur, in c. 15. statuerunt; vt ascenderẽt Paulus, & Barnabas; & quidam alij ex illis ad Apostolos, & presbyteros in Hierusalem; & Diuus Paulus in prima Epistola ad Thimoteum: ait, qui benè pręsunt presbyteri; honore duplo digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina, in 6. Actuũ Apostolorum legitur, quod ab Apostolis septem Diaconi constituti sunt in adiutorium, pleni Spiritu sancto, & sapientia; vt fuerunt Stefanus, &c. *Et Portius conf. 166. n. 16. dicit (ex Liuio lib. 10. gestorum post Christi aduentum, c. 7. rub. de ord. relig.)* Clericorum ordinem à B. Petro, & alijs Apostolis institutum fuisse; *& Anastas. Germon. in eod. tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 3. n. 31.* dicit q̃ a Christo fuerunt constituti Apostoli, & ab Apostolis Episcopi, & ab ipsis Episcopis Clerici, qui docerẽt, & instruerent populos; Immo Clerici quodãmodo dicuntur tenere locum Apostolorum; ita habe-

2 tur, *in c. ex authoritate 16. q. 1.* Appellantur aũt

3 Clerici illo nomine à verbo græco Cleros, qđ idem quod sors, siue hæreditas latine sonat, *Isidor. in lib. 7. ætimolog. tit. de Clericis, D. Hieronymus in Epistola ad Nepotianum,* si enim ait S. Hieronymus κλῆρος græce, sors latine appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt domini, vel q̃a ipse dominus sors, idest pars Clericorum est, talis ergo dicitur esse Clericus, vt ipse possideat dñm, & possideatur a dño, & verè cum proprie dicere, tunc sit pars mea Dñs. Psal. 15 *Magister sententiar. dist. 24. lib. 4. vers. Cleros, & Clericos, c. Cleros 21. dist. vbi gl. idem gl. in c. porrò, dist. 66. & in c. duo sunt in q. 1. & in auth. Presbyteros, C. de episc. & cler. Cabell. super constit. Marchiæ, lib. 3. c. 10. gl. 1. n. 1. cart. 1010. Carauit. super ritu M. C. V. ritu 136. n. 18. Rodulph. Cupres in repet. c. oportebat 79. dist. rub. quæ Rom. Pôtifex, & c. art. 9. n. 15. car. 1059 Io. Brocolten. in tract. de feud. c. 5. qui feud. dare, vel accipere poss. n. 2.* vbi etiam ponit alias æthimologias huius vocis Clericus; sed communior * recepta est hæc iam dicta, quam etiam fuit sequutus, *Graf. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 1. n. 3. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immu. lib. 2. c. 2. n. 1. & lib. 3. c. 3. n. 30. Iul. Patian. in tract. cui incumbat onus proband. negat. lib. 2. c. 34. n. 7. Siluester in summa in verb. Clericus, in princ. Alphõs. Aluarez in Specul. iur. Pontificij c. 66. in princ. Ant. Scappa in tract. de iure non script. lib. 1. c. 17. nu. 8. Io. Bertachin. in tract. de episc. in prælud. n. 9. in 13. to. tract. diuers. p. 2. cart. 1302. Guido Papa in tract. de vsur. n. 45. in 17. tom. praditorum tract. cart. 1076.* Et primus fuit Matthias, qui ex consilio & inspiratione Spiritus Sancti sorte fuit assumptus, & electus ad ministerium Apostolatus, *Capit. Cleros, vbi Turrecr. nu. 21. dist. 21. Bertach. in suo reper. in verb. Clericus, il primo, Tiraqu. in tract. de iure primog. c. 17. in prima, opi. nu. 8.* Et ideo Clerici sunt, qui sorte electi Dei

4 ministerio seruiunt; *Magister sententiarum in loco proximè allegato c. cui portio 12. q. 1. Hiero. Gigans in tract. de crim. læsæ maiest. tit. quis cognoscat*

de hoc et alijs plene tractat Syluius in tractat. de ordin. clericor. q. p. art. 1. q. 2 & 3.

scat de crim. lesæ maiest. n. 15. cart. 1126. Port. cons. 16. n. 19. Colleg. Bonon. cons. 1. n. 47. post cõs. Zabar. cart. 1167. Borell. in add. ad Bellug. in Spec. princ. rub. 11. §. videndum lit. G. circa principium cart. 1055. vbi dicit, ꝙ statim ꝙ quis est assũptus ad Clericatum, dr translatus ad famularũ
5 Domini, & intelligitur segregatus à cœtu laicorum; *Goffr. & Hostiens. in summ. tit. de temp. ord. Port. d. cons. 16. n. 61.* Et ex quo dicuntur serui Dei, ac Deo obsequi & seruire profitent *c. clericos post princ. 21. dist. e. pen. 54. dist. c. diaconi, post principium 93. dist. c. secundum Apostolum de præbend. c. 2. de clerico venatore, latè Anastas. Germon. in tract. de indultu, §. seruus seruorum Dei, n. 25.* Et nihil aliud debent curare nisi fugere domesticos, & vacare Deo, ne alterius
6 necessitatis munere impediantur, *c. cui portio 12. q. 2. Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 1. c. 1. n. 4.* circa quod Diuus Hierony. ad quendam leuitã ait, hoc hominum genus contẽplationi, ac orationi prorsus deditum, ab omni temporalium strepitu cessare debere, ita habetur, *in c. duo sunt 12. q. 1. §. Deo aũt, vers. si autẽ economi, vel alij clerici fuerint, in Auth. de sanct. Episc. vbi hoc not. Bar. & Ang.* & consequentur diuinis officijs solùm eos intentos esse oportet, *l. oẽs, C. de episc. & cler. Aut. de Padill. in l. 1. n. 7. C. de iur. & fact. ignor.* & nefas est eos a diuinis officijs distrahi, quod ad eorũ internã professionem pertinet, *c. innoua 16. q. 7. Clemen. 1. de vit. & honest. cler. vbi Card. & Io. de Imol. Bar. & Ang. in d. §. Deo nobis,* & non solũ debent orõ-
7 nibus, ac alijs contẽplationibus vacare, verũ ẽt sacramenta populis ministrare, & doccẽdo Christi gregem diligẽter pascere, *tot. tit. de baptism. & eius effect. & de peniten. & remiss.* quod colligitur ex præcepto tradito Petro Apostolo a Domino nostro Iesu Christo, dum ei dixit, pasce oues meas; vt in Ioanne c. 20. & Paulus Apostolus admonet Titum, & Timotheũ, vt in verbo Dei prædicando sedulo inuigilẽt, & ex quo sũt ascripti diuinæ militiæ, ac Christo, & diuino cultui se deputarunt, dicuntur
8 res sacrosanctæ, ac spirituales, *c. cui portio, 12. q. 1. Anastas. Germo in tract. de sacror. immu. lib. 2 c. 15. n. 29. Hieron. Gigans in tract. de crim. lesæ maiest: tit. quis cognoscat de crim. lesæ maiest. n. 15 cart. 1126. Lelius de Zanchis in tract. de priuileg. Eccles. priuil. 45. n. 16. Alphons. Aluarez in Spec. iuris Pontif. c. 35. in prin. cart. 1095. Cristoforus Ant. de Pratis in tract. de iurisd. episc. c. 3. nu. 5. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. cart. 1363. Innoc. & alij, in c. 2. de maior. & obed. Rebuff. cons. 193. nu. 6. Martin: Vrarius Vltramon. cõs. 7. n. 17. lib. 1. Surd. cons. 193. n. 4. lib. 2. & cons. 301. n. 52. lib. 3.* & tãquam tales in actibus suis vndiq; elucere de-
9 bent, *Io. de Viscis in tract. de immun. eccl. in princ. n. 8. in 13. tom. tract. diuers. p. 1. cart. 1012.* Et ideo satis ad propositum in sacrosancto Concilio Trident. *sess. 22. c. 1. de refor.* habetur, nihil est quod alios magis ad pietatem, & Dei cultũ assidue instruat, quàm eorũ vita, & exẽplum, qui se diuino ministerio dedicarunt; cũ enim a rebus sæculi in altiorẽ sublati locũ cõspiciantur, in eos tanquam in Speculũ reliqui oculos conijciunt, ex iisq; sumunt, quod imitentur; qua propter sic decet omnino clericos in sorte Dei vocatos, vitã moresq; suos omnes componere; vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsq; oibus rebus nil nisi graue, & moderatum, ac religione plenũ præseferatur, & quę sequuntur; & non solũ aliquã turpitudinẽ in incessu, vestibus, moribus, dictis factis, ac operis actibus demonstrare non debent, *vt habetur in præcit. Concil. Tridentini, c. & in tot. tit. de vita & honest. cler. & in Clem. eo. tit. & voluit Paulus Fusius in suis singul. in lit. C. n. 116.* Verũ etiã
C 10 & turpitudinis suspicionem fugere debent, *tot. tit. de cohab. cler. & mulier. Fider. Prigman. Vltram. cons. 52. n. 572. & 573. lib. 1.* quia domus Cæsaris non solum dẽt carere delictis, verũ ẽt
11 delictorum suspitione; immo esse debent vti candelæ super candelabrũ, & aliorum lumen: *vt in Euangelio, vos estis lux mundi, Guliel. Durãd. Spec. in tract. de modo general. cõcil. celebr. p. 1. rub. 1. n. 4. in 13. tom. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 154.*
12 nec non & perfectiores, & sanctiores laicis oĩmodo se ipsos demonstrare oportet: *Petr. Bellin. in tract. de re milit. p. 6. tit. 2. nu. 9. in 16. tom. tract. diuers. cart. mihi 351.* ac eos moribus oĩ-
13 no præcellere, *Turrecr. in c. qualis, n. 2. 8. q. 1. & scandala quantũ possunt fugere, c. cum infirmitas, & c. præcipimus, de pęnit. et remiss. Flam. de Rubeis cons. 15. n. 12. lib. 1. Fider. Prigman. d. cons. 50. nu. 574.* Ideo clerici dicuntur magis peccare, ꝙ
14 laici, & grauius sunt puniendi in eodem genere peccati, *c. cum quidã de iureiur. c 1. de empt. & vend. l. presbyteri, C. & de episc. & cler. & not. in c. summa, 14. q. 3. Dec. in c. at si clericis, n. 235. in fi. de iudic. Io. And. in c. ex litteris de dolo, & cõtum. Bero. in c. quia in cibus, n. 49. de vsur. Sal. in l. 2. n. 4. C. vt nemo priuatus; Turrecr. in c. homo Christianus, n. 4. & 5. dist. 40.* vbi dicit, ꝙ Clericatus est
15 qualitas aggrauans peccatum, *Bertach. in suo reper. in verb. clericus periurus, tex. & gl. in verbo cadit, in d. c. homo Christianus,* vbi habetur quod
16 fortiter cadit in peccatũ pp duas causas, aut pp magnitudinem peccati, aut pp altitudinẽ dignitatis peccantis, *c. duo sunt, 96. dist. ibi, tanto grauius pondus est sacerdotũ;* ꝙ clarissimè deducitur *ex sacrosancto Concilio Trid. sess. 22. c. 1. ibi leuia delicta, quæ i ipsius maxima essent, & in c. multi 40. dist.* dicitur, quod malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem: & S. Hieronymus, ait, quod grandis est dignitas sacerdotum, sed grandis est ruina, si pec-

peccant, *vt eum refert Parisien. Concilii celebratum tpibus Gregorij 4. Summi Pontificis, lib. 1. c. 12*

17 Sic etiam in eodē genere peccati clericus in sacris, & beneficiatus magis peccare vr, q̄ simplex clericus, *not. Vital. in Clemen. di œcesanis, §. praesenti, n. 7. de vit. & honest. cler.* & qui maiori præfulget dignitate, grauius ēr peccare dicit: *Turrecr. in d. c. homo Christianus, n. 4. & 5. dist. 40 Zabar. in Clement. 2. §. dignitatem de uit. & honest. cler. Menoc. in tract. de arbit. iud. casu 392. nu. 16.*

19 quo fit vt in episcopo, vel alio prælato fornicario est grauius, q̄ in clerico simplici: *Menoc. in tract. p. ad. casu 418. n. 4.* Et prædictorū oium est rō, quia peccatum grauius, & turpius indi

20 catur ex qualitate, & dignitate delinquentis, & peccantis, *l. oē delictum §. 1. de re milit. l. quædā ff. de pen. l. presbyteri, in fi. C. de episc. & cler. c. excommunicamus, §. credentes, vers. si vero clericus, vbi gl. in verb. exerceatur, de haret. c. cum quidā de iureiur.* ibi tanto grauius vendicandum, quāto maiori præeminet dignitate, *de haret. c. ac-*

21 *cusatus in 6. c. nulli fas, in fi. 25. q. 1.* vbi Hylarius Papa, dicit, quod reatu maiori deliquit, q potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas peccantum, *Oldr. cōs. 65. in fi. Crauet. cons. 9. n. 2. lib. 1.* vbi dicit, q delictum fit grauius rōne presbyteratus, & di-

22 gnitatis delinquentis; & huius rōnis rō est, q̄a maior in honore debet esse maior in sanctitate, *c. rationis 100. dist. c. vilissimus 1. q. 1. Sebast. Medices in 3. opusculo n. 9.* vbi ēt dicit, q grauius est puniendus, quāto in maiore honore reperitur is, qui peccat, *allegat c. presbyteri, 5. q. 6.* & quòd clerici sint in maxima dignitate consti

23 tuti, dicam infra hoc eodē præludio nu. 382. cum seqq. Secunda ratio principalis, cur Clerici magis peccant, quàm laici, est quia si oēs homines generaliter tenentur, & sunt debitores Deo Omnipotenti pro tot tātisq; erga eos collatis beneficiis; & q̄ quotidie ab ipso Dño accipiuntur, *vt meminit text. in Auth. quo oporteat episcopus in princ. S. Antoninus in summa p. 2. tit. 3. c. 9. §. 8. & seq. Michael Aiuiuo. in tract. de vnitate ouilis, & pastoris, c. 1. n. 14. & seq.* quanto magis erunt obligati sacerdotes, ac cęterī

24 clerici, ac religiosi, qui altiora, & maiora beneficia a Domino acceperunt: de quibus beneficiis, dignitatibus, ac priuilegiis iam supra scripsi, & inferius per totum præsentem tractatum scribam; quo fit, vt efficatius strictiusq; ad amorē Dei, & Euangelicæ legis custodiam erunt obligati, *vt habetur in Concilio Valentino, sess. 2. c. 32.* vers. cū igitur. Cui enim multum datum est, multum quæretur ab eo, *Lucas cap. 12. & ex S. Augustino habetur in c. 1. de pœnitent. distinct. 1.* quòd in hoc quilibet peccator sit culpabilior, quò est Deo acceptior; & ad præsentem materiam benè cōferūt ea, quæ aliās dixi in meo tractatu de effect. amicitiæ; hoc est, quòd amicitia, & familiaritas iniuriantis aggrauat iniuriam, & tandem si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo, *c. alienum, 50. dist. c. si sacerdos de pœnit. dist. 1.*

Et quia inter cætera, quæ dignitatem clericalem contamināt, principale, & præcipium est luxuria, ideo ab ea exordium sumendo; dico, quod Clerici debent omnino esse casti, &

25 continentes, *c. vt clericorū de vit. & honest. cler. vbi Anchar. n. 1.* dicit, q debent esse casti, & continentes, & ab oī delectatione, non solum secundum actum, quod facit castitas strictè sumpta, sed etiam secundū gustū, visum, auditum, & olfatum qd à principio fuit determinatum *per Concilium secundū Carthaginense in canone 2. prout reperitur relatū, in cap. in præterito, 84. dist. & voluit etiā Calixtus Papa, in c. presbyteris, 27. dist. c. proposuisti, 82. dist. cap. 1. dist. 28.* vbi Gregorius Pontifex Maximus scribens Petro subdiacono dicebat, nullum facere subdiaconum præsumant Episcopi, nisi qui se victurum castè promiserit, quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata; circa quam Clericorum castitatem multa scribit *Gratian. d. dist. 28. & dist. 32. gl. in d. c. cum in præterito, in verb. sacramentis, & in d. c. proposuisti, in verb. plane, & in c. vnico, de uoto in 6. & in tit. de Clericis qui nuptias cōtrahere non possunt, in Nouella, & in Cōstit. 3. Leonis Imperatoris, Portius conf. 149. n. 11. Th. Docti. cons. 147. n. 4.* Si. n. gentilium Sacerdotes (*prout dicit Textor in officina tom. 2. in tit. sacerdotes Deorum*) cum fallis, & immundis ministrassent demonibus) *vt est scriptum in Psalmo 95. ibi, oēs Dij Gentium demonia, & notauit S. Antoninus in summa p. 3. tit. 14. c. 7. §. 1. in princ. & Alfons. de Castro aduersus hæreses, in verb. sacerdotum hæresi, il 1. vers. admoneo*) castitatem seruabant, vt testatur *S. Augustinus sermone 37. in fi. ad fratres in hæremo*, vel castrando se ipsos, vel abstinendo a cibis, Venerem prouocantibus, *vt tangit Textor vbi supra in tit. castissimi, vers. Origenes, & latissimè Tiraq. in legibus cōnubial. l. 15. n. 119. & 121 & seq.* si ipsi (vt dixi) qui sacrificabant demonibus, erant castissimi, quid dicendum erit de Sacerdotibus immortalis Dei viui & veri? de quibus dicebat Moyses: *Leuit. c. 20.* Sancti estote, qm ego sanctus sum, *c. plurimos 82. dist. et Esaias c. 52.* mundamini, qui fertis vasa Domini, & Apostolus ad Titum c. primo, oīa mūda mūdis, nā qui sancti non sunt, sancta tractare nō debent, *c. Maximianus 81. dist. & in Ecclesiast. c. 34.* ab immundo quis mundabitur? *& Macabeorum 24.* dictum est Leuitis, sanctificamini, & mundate domū Domini, & *Neemia c. 12.* dicitur mūdati sunt sacerdotes, & leuitæ, & mū-

dauerunt populum. Vtiq; concludendo, dico, quod non solū debēt esse castissimi, & plus q̄ prædicti antiqui sacerdotes; verùm ēt debēt esse mundi ab oī inquinamento, iuxta ea, quę scribūt, *Turrecr. in c. his ergo, n. 1. dist. 33. Port. cons. 149. n. 11. Iac. de Graff. in decis. aur. p. 2. lib. 3 c. 1. n. 6.* Immo Dñs noster Iesus Xpus adeo castitatis, & puritatis amator est, maximè in ministris diuino cultui dicatis, vt ppea notabiliter S. Augustinus dixerit, quod plus placet Deo latratus canium, mugitus bouum, grunnitus porcorum, q̄ cantus clericorum luxuriantium; quē locum citat *Tho. Hiberius in suo libro intitulato Flores Doctorum in verb. oratio*, so

26 la enim castitas est, quæ cum fiducia pôt animas hominū Deo psentare, ut in §. sancimus, in Auth. de Lenoni; & gl. in prohem. decretal. in verb. pudicos; Et è contra luxuria est, quæ animas perpetuò damnat, cùm sit vnum ex septem peccatis mortalibus, corpora consumat, & facultates dissipat, quæ cū sit dam-

D nata in laicis; ita, & taliter, q si quis auderet

27 affirmare q simplex fornicatio non est peccatum mortale, esset hæreticus, *Caccialup. in repet. l. si qua illustris, col. 11. ad Orficinianū Io. de Anan. in c. qualiter & quando, §. corrigendos, col. 7. de accusat. Io. Sader, & Ang. de Aret. Instit. de patria potestat. in fi. princ. Hostiens. in c. lator, qui fil. sint legit. Io. Andr. in c. sine culpa, de reg. iur. in 6. in mercurial. Ant. de Butr. in c. cum sit generale, col. fi. de foro compet. Archid in c. fertur, 1. q. 1. cum multis alijs, quos allegat Marquat. de Susan. in tract. de*

28 *cælibatu p. 3. c. 8. n. 4.* multò magis erit detestanda in Ecclesiasticis, & etiam in minoribus cō-

E stitutis, *c. nullus 32. dist. c. præter, & c. accepimus de ætate & qualit. ordinand. c. vestra, & c. fi. de cohabit. cler. & mulier. l. eum qui C. de episc. & cler. & in Auth. de sanctiss. Episc. §. cleros, c. in oibus, 81. dist. c. quidam clerici, & c. presbyter si fornicationem, 82. dist. Alens. in summa lib. 3. tit. 32.* Et propterea multi dixerunt, quod simplex Clericus, habens rē venereā etiam cum solu-

29 ta, dicatur committere incestum; huius inquam opinionis fuit *gl. in l. 2 in verb. filij, C. de episc. & cler. vbi Bald. n. 2.* dicit ita aliquando fuisse iudicatum, & ibidem *Paul. de Cast. Paul. Grland. in tract. de pœnis omnifar. coitus, lib. 3. q. vlt.* vbi testatur hanc esse cōm. * opi. *Corrad. in tract. de prætor. in tit. de incestis & nefarijs, n. 12. cart. mihi 647.* Sed in hoc articulo contrariam opinionē tenuerunt *Cyn. & Bart. in d. l. 2. idem Bal. sibi contrarius in l. si quis incestis, C. de incest. nupt. Corset. in suis sing. in verb. fornificatio, in fin. Suarez in comm. opin. in verb. clericorum nu. 132.* vbi asserit hanc esse cōm. * opin. & alios allegat *Couar. in epitom. de sponsal. in 2. p. c. 8. §. 5. nu. 14. Menoc. in addit. ad suum tract. de arbit. iud. casu. 289. n. 6.* vbi prædictas, & sequentes ponit opiniones, Alij vero in aliam descenderunt opinionem, hoc est quòd clericus simpliciter fornicans, nihilominus ex persona sua dica-

31 tur committere adulterium; *ita gl. in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi; vbi etiam Abb. nu. 32. Imol. in Clem. 1. col. fin. de offit. ordinar. idem Abb. in c. vt clericorum. n. 8. de vit. & honest. cler. Lupus in repet. rub. de donati inter virum, & vxorem §. 30. n. 6. Couar. loc. cit. Pet. a Plaza in epitom. delict. c. 41. n. 31. Suarez in dicto verb. clericorum n. 133.* vbi dicit quod ista opinio * est cō-

32 munis, *Couar. in tract. de publicis concubin. in præfati n. 23.* dixit etiam esse stuprum, & incestū; *Ioseph Gonzales in lib. variar. quæst. c. 5. n. 8.* pro qua scdā opin one potest adduci ratio, quia clericus quando promouetur ad ordines, cō-

33 iungitur ecclesiæ tanquam sponsus sponsæ, ideo, fornicando adulterat talem cōiunctionē, *Rodulphus Cupers in repet. c. oportebat 79. dist. in verb. diaconus. nu. 21. cart. mihi 319. Menoc. in tract. de arbi. iud. casu 418. n. 7.* Quam secundam opinionem multi etiā oppugnauerunt, prout fuit *Boss. in suo tract. crim. in tit. de coitu damnato, n. 10. Vasquez in tract. de success. creat. lib. 3. de testam. §. 22. n. 50. Clarus in §. fornicatio, vers. cum presbytero*, qui dicit, quod impropriè potest ap-

34 pellari adulterium. Alij etiā dixerūt quod fornicando cōmittunt sacrilegiū, *Turrecrem. in c. de ijs, n. 6. dist. 28. Menoch. d. casu. 418. n. 8. Couarr. in tract. de publ. concubin. in princ. n. 23. vers.*

35 *apparet ex præmissis*, qui adducunt rationem,

F scilicet, quia fuerūt consecrati Deo, & ei dediti, & ob copulā carnalē à Deo separantur, & sic efficiuntur sacrilegi.

Sed tenera prædictæ tres opiniones sūt falsæ, & verior opinio est, quod committāt sim-

36 plicem fornicationem, si cum soluta se immiscent, quò ad clericos in minoribus, *Card. & Imol. in Clement. ad nostra, de hæret. Fider. de Sen. cons. 166. Fel. in c. at si clerici, §. de adulterijs, de iudit. Coucron. in tract. de publicis concubi. rub. de incestu, n. 30. & in verb. seu gl. & alios non publicos, n. 12. Boss. in d. tit. de coitu damnato nu. 10. Lelius de Zanch. in tract. de priuileg. eccl priuil. 135. n. 12 Vasquez in d. tract. de succes. creat. lib. 3. de testam. §. 22. n. 50. Clarus in d. §. fornicatio, vers. cū presbytero, & in §. incestus vers. nunquid, Menoch. in tract. de arbit. in addit. ad casum 289. n. 6. in vltima opinione, Suarez in cōm. opin. in uerb. clericorum n. 134.* qui asserit istā esse cōm. * opi. Qua vltima opinione retēta cā limitabis quatuor modis.

37 Primo limitatur in episcopo, qui ēt habēs rem cum soluta, dicitur non solum cōmittere adulterium, quia episcopus dicitur cōtraxisse matrimonium spirituale cum ecclesia, ad quam est promotus, *c. inter corporalia, de translatione episcoporum*; & in specie dixit *Corsett. in singul. in verb. fornicatio, in fi. Marquat. de Susannis*

fannis in tract. de cælibatu. p. 3. c. 1. n. 14. *Menoch. loco proximè citato n. 8. & 9.* verum etiam, & sacrilegium ratione ordinum vt infra.

38 Secundo fallit in monachis, ac cæteris regularibus, quorum coitus non dicitur solùm fornicatio, sed sacrilegium *Butr. in cap. significasti, de adulter. Fel. in c. at si clerici*, §. *de adulter. de iud. Marquat. eod. n.* 14. *Menoch. in tract. de arbit. iud. in addit ad cas.* 289. *n.* 7. & ratio est, quia

39 ipsi expræsse profitentur castitatem, *c. cum ad monasterium, de statu monachor. Dec. in c. at si clerici, n.* 235. *de iudi. Monald. conf.* 69. *n.* 6. *lib.* 2.

40 Tertio limitatur in clericis in sacris constitutis, qui habẽtes rem veneream cum soluta, non simplicẽ fornicationẽ, sed sacrilegiũ committere dicũtur *Purpur. conf.* 17. *n.* 2. *lib.* 1. *Corrad. Lancell. in tract. de prætor. tit. de incestuosis, & nefarijs n.* 12. *cart. mihi* 647. *Thom. Doct. conf.* 197

41 *n.* 4. Et ratio est, quia clerici cum ad sacros ordines promouẽtur, tacitè castitatem promittere censentur, *c. quæstio, & cap. de hijs, & c. præterea*, 28. *distinct. not. scribentes in c.* 1. *de voto. Dec. in c. at si clerici n.* 227. *de iudit. Rodulphus Cupers, in repet. cap. oportebat* 79. *dist. vers. explicatur de Cardinalib. art.* 1. *c.* 10. *cart. mihi* 212. *Monal. conf.*

42 69. *n.* 6. *lib.* 2. vbi dicit quòd ad castitatem obseruandam astringuntur ex constitutione ecclesiæ, & concubina clericorũ in prædictis tribus fallentijs non dicitur propriè concubina sed fornicaria, quia cũ ea matrimoniũ contrahere non potest. *Ioseph. Gonz. in lib. variar. resolut. c.* 5. *nu.* 6.

43 Quarto, & vltimo limitatur in clericis beneficiatis, quia eius coitus nõ dicitur simplex fornicatio, sed coitus damnatus ratione beneficij, §. *Clericos in Authen. de sanctiss. episc. Pur-*

44 *pur. conf.* 92. *n.* 5. *lib.* 1. quo fit quod filij nati ex fornicatione cõmissa in prædictis quatuor casibus, & fallẽtijs dicũtur nati ex dãnato coitu, & sunt incestuosi; *Purpur. d. conf.* 92. *n.* 5. *& cõs.* 17. *n.* 1. *lib.* 1. *Corrad. in tract. de prætore tit. de incestuosis, & nefarijs n.* 12. *cart. mihi.* 647. de quo articulo dicã infra effect. 35. & licet hoc sit verissimũ, nihilominus tamẽ filius natus ex cle-

45 rico beneficiato, in minoribus cõstituto cum muliere soluta, potest legitimari per subsequẽs matrimoniũ, *Angelus de Claua in sua summa in verb. filius*; vbi dicit, quod hæc est cõmunis * opinio Canonistarũ *Maiolus in tract. de irreg. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 15. *Purpur. conf.* 92. *n.* 5. *lib.* 1. vbi dicit, quòd in taliter legitimato habet locũ dispositio loquẽs de filijs natis ex legitimo matrimonio. *Dec. conf.* 155 *per tot.* qui attestatur istos posse succedere in feudis, quod vltimũ tamẽ ego non firmo, quidquid in contrariũ tenuerit *Ripa in tract. de actis in articul. mort. c.* 82. *n.* 6. *& seq.* & redeundo ad nostrũ institutũ dico quod in Clericis omnis coitus est de iure

46 reprobatus, *d.* §. *cleros in Auth. de sanctiss. Episc.* §. *si qui autem, Auth. de monach. l. eum qui probabilem C. de episc. & cler. Ripa in tract. prædict. de*

47 *act. in art. mortis c.* 83. *nu.* 8. ideo de rigore iuris antiqui pœna clerici fornicarij est depositio, *c. presbyter* 83. *dist.* 10. *Andr. Dom. de S. Gemin. Butr. & alij in c. pen. de Bigam. & in c. vt clericorũ*

H *de vit. & honest. cler.* sed hodie est redacta ad arbitrium confessoris, *c. fraternitatis* 34. *dist. c. presbyter* 82. *dist. Fider. Scotus conf.* 32. *n.* 9. *to.* 2. * *lib.* 4. vbi dicit, quod hæc est cõm. * opin. tàm in

48 clerico in sacris, quàm in minore *Vasques i tra ctа. de success. creat. lib.* 3. §. 22. *lim.* 18. *nu.* 48. & * 50. vbi dicit, hanc esse communem * opinionem, & omnino tenendam; & alios allegat, prout etiam multos alios congerit *Hieron. Ceuall. in Specul. pract. quæst. comm. contra comm. q.* ** 262. qui testatur de comm. & magis cõmu. * opin. *Duenas reg.* 101. *vbi hanc opinionem ponit pro regula Lelius de Zanchis in tract. de priuil. ecclesi. priuileg.* 135. *nu.* 14. *Nauar. in c. consideratn.* 121. *de penit. dist.* 5. *Graff. in comm. opin. lib.* 1. *c.* 18 *q.* 4. vbi etiam testatur de comm. opi. & alios allegat *Deci. in c. at si clerici nu.* 223. *&* 225. *&* * 227. *de iudic.* vbi dicit, hanc esse communem * opinionem *Marquat. de Susana in tract. de celibat. p.* 3. *c.* 2. *num.* 2. vbi prout alij testantur de

49 comm. * opin. vbi dicit, quod isto casu melius * est, quod iudex repræhẽdatur de misericordia quam de rigore, & quod isto casu arbitrium iudicis versatur, vt consideret circunstantias, & scandat inde insurgentia, & consuetudinem patriæ.

Limitatur primò prædicta conclusio, quãdo clericus esset notorius, continuus, vel scandalosus fornicator, quia in eo debet omnino seruari rigor iuris antiqui, & sic potest, & dẽt deponi, *Felin. in c. dilectus, nu.* 2. *de accusat. vbi dicit, quod ita not. Domin. in c. presbyter* 28. *dist. gl. in cap. fi.* 1. *q.* 1. *Aretin. late in c. cum non ab homine de iudic. Duenas prædicta regul.* 101. *lim.* 4. *Nauarr. in cap. consideret nu.* 121. *de pœniten. dist.* 5. *Frideric. Scotus conf.* 32. *nu.* 54. *tom.* 2. *lib.* 4. *Paul. Griland. in tract. de pœnis omnifar. coitus q.* 9. *n.* 1. *Menoch. in tract. de arbit. in addit. ad casum* 289. *num.* 15. *Marquat. in præcit. c.* 2. *num.* 3. vbi dicit, quòd isti tales non sunt absoluendi, nisi prius e domo eiecerint concubinam; & hoc propter malum exemplum quod ex cohabitatione oritur, & pp periculum recidendi ad primum peccatum: & si clericus notorius fornicator, & concubinarius, ita vt nulla tergiuersatione celari possit, audet celebrare, efficitur irregularis, *cap.* 1. *de re iudic. in* 6. *Siluest. in summa in verb. concubinarius, nu.* 4. *Cardin. in cap. propter hoc* 32. *distin. Nauarr. in manual. confess. cap.* 25. *num.* 77. *Maiolus in tract. de irregul. cap.* 37. *num.* 1. *Alphons. Aluarez in spe-*

cul.iur.pontifi.c.8 t. verf. & clericus notoriè concubinarius, cart. mihi 497. *Menoc.in tract.de arbi. in addit.ad casum* 289. *nu.* 16. *Io. de Anan. in c. quæsitum nu.* 2. *de coniugat. Turrecr. in c. propter hoc,n.*1 *.&* 2.22. *dist. Marquat.de Susan.in tract. de cælibat.p.* 3. *c.*2.*nu.* 4. *Guido Papa dec.* 558. *nu.*2. vbi dicit,quòd notorius concubinarius celebrans ipso facto incurrit irregularitatem: licet *in Afforismis Emanuel Sà expurg.a magistro sacri Palatij Apost.* teneat quod non fit incursa ista irregularitas. Immo audientes missam, vel alia diuina officia à clerico notoriè fornicario peccant mortaliter, *Card. in c. nullus* 32.

50 *dist.* vbi dicit,quòd nō excusantur ex eo,quod talis clericus sustinetur a prælatis, *Alphons. Aluarez d.c.*81. *verf.& fideles audientes, cart.mihi* 497. *Marquat.de Susan.in tract.de cælibat.p.*3 *c.*2.*n.*3. *in fi. verf. & non sunt admittendi, intellige etiam secundum Nauar. in Manuali conf.* 25. *n.*78.quod peccant mortaliter inducentes ad celebrandum sine causa,peccant etiam mortaliter scientes,aut scire debentes esse legē ꝓhibentem auditionem sacri à Sacerdote concubinario,& audiunt. Quod tamen est intelligendum,dummodo habeant aliam commoditatem audiendi missam,vel talia officia, secus si nullam aliam haberent commoditatē; vt quia esset in villa, in qua vnus tātum adest sacerdos,vel esset hora nimis tarda,& non in-

51 ueniretur alia missa:& vltra isti tales non sunt admittendi ad celebrandum diuina officia simul cum alijs clericis, *vt not. in c. sacerdotum de consecr. dist.*2. *Marquat. in loco proximè citato.* Quando autem quis dicatur notorius fornicator,& concubinarius, *ponunt Abb.in cap.vestra de cohab.cler. & muli. Feller.in pract.crim. canoni. in fi.in miscellan.n.*32.*cart. mihi* 328. *Masc. in tract.de probat.concl.*810.*per totā.Marcell.Cala in tract.de modo articul.& proband.§.*2. *gl.vnica, nu* 691.*Marquat. de Susann.in tract.de cælibat.p.* 3.*c.*2.*n.*6.*Fran.Monald.conf.*74.*nu.*1.*lib.*1. *Decian.* omnino videndus *in suo tract. crim. p.*2. *lib.*6.*c.*21.*nu.*9. vbi dicit, ꝙ pluribus modis

52 dicuntur clerici concubinarij, de quibus habetur late ibi per eum, *& per Coueron. in tract. de publ.concubin.*

53 Limitatur secundo, qñ non esset simplex fornicatio; sed coitus haberet aliquam deformitatem insignem, vt quia clericus committeret adulterium,stuprum, incestum, vel aliud peius contra naturam; tunc enim est omnino deponendus, *ita Graff.in com.opin.lib.*1.*cap.*18. *q.* 5. *Vasquez in tract. de success. creatio. lib.*3.*§.*22. *limit.*18.*nu.*49. vbi dicit,quod hæc est comm.* opin. *& allegat glo.in c. Maximilianus* 81. *dist. Couar. in* 4.*p.* 2.*c.*6.*§.*8.*nu.*3. *Imol.in c.vt clericorum de uit.& honest.cler. Abb. Deci. Fel.& communiter scribentes in c.at si clerici,de iudi. Duenas reg.*101.*limit.*1. vbi loquitur in clerico cognoscente monialem; & limita-

54 tionibus sequentibus ponit varias qualitates aggrauantes fornicationem; Quæ omnia tamen procedunt quo ad pęnas spirituales,quò verò ad pœnas temporales clericus fornicator punitur pœna suspensionis ab officiis, *ita glo.in d.c. Maximilianus in verb. remoueatur* 81. *dist. Abb. noster Panorm.in c.ex parte nu.* 1. *in fi. de testib.Imol.in c.at si clerici in princ.num.*11.*de ind. & ibidem Fel.n.*14.*verf. vtrum autem & Deci.n.*36.*& Berous nu.* 365. *Corset. in suis sing. in verb.fornicatio verf. propter, Siluester in summa in verb.concubinarius n.*4. *Io.de Selua in tract.de benefic.in* 3.*p. q.*3.*num.*16.*Coueron.in tract. de publ. concubin. in verb. & alios non publicos, num.*10. *Boss.in suo tract.crim.in tit.de coitu dum nato n.*10. *Duenas d.reg.*101. *in princ.Diaz in pract. crim.canoni.c.*72. *Menoc. in tract. de arbit. iud. casu* 418. *nu.*1.*Vasquez in tract. de success.creat.lib.*3. *§.*22 *limit.*18.*nu.*48. *Clar.in §.fornicatio verf.sed quæro*, vbi dixit, hanc esse communem *opinionem,& ab ea in praxi minime recedendum, quos omnes refert,& sequitur *Menoch.in tract. de arbit. in addit.ad casum* 289. *n.*14.& vltra eos, hoc idem dixerunt *Decia.in tract.crim. p.*2.*lib.*

55 6.*c.*21. *nu.*7.vbi dicit,quòd debet repelli a cōmunione clericorum, & quod statim ab ordine ecclesiastico cadit.

Sed in hoc verior opinio puto,quod sit, vt

56 puniatur pœna extraordinaria iuxta arbitriū iudicis, *Diaz in pract. crim. c.*85.*nu.* 5. *in princ. Ignat. Lopez ibi in addit.in verb.cum ea adulterās Coueron. in tract. de publi. concubinar. in verb. & alios non publicos n.*10. *Franc. Monald.conf.*2.*nu.* 60.*& conf.* 137.*n.*2.*lib.*2. vbi dicit,ꝙ hodie imponitur pęna suspensionis,vel pecuniaria pro fornicatione simplici, *Pau.Griland.in tract.de pęnis omnifariam coitus q.*9.*n.*3.*Abb. Panor.in c. vt clericorum n.*8.*& seq.de uit & honest.cler.* Sed

57 si is talis fuisset monitus,& post monitionem non destiterit à fornicatione etiam simplici, esset acrius puniendus,ac grauius,q̄ non monitus,*c.sicut,vbi Abb.Panorm.n.*2.*& c. si autem de cohabit.cler.& mulier. Goffred. in summa eiusdē tituli nu.*2. *Decian.in tract.crim.p.*2.*lib.*6.*c.*21.*n.* 30. *& seq.*vbi dicit,ꝙ hæc monitio dēt esse tri-

58 na,& quod debeat fieri separatim ex interuallo dierū,dixerunt *gl. in c.constitonem in verbo nominatim de sent.excom.in* 6. *D. Nicolaus Iutrigl. conf.*24. *n.*15. & si non destiterit poterit etiā beneficiis priuari *Monald.d.conf.*137.*n.*3. *Bellonus conf.*56. *per tot. Clarus in §. Fornicatio verf. & in primis,Viuius in lib.*2.*cōm.opi. opinione* 55. *Suarez ēt in comm.opin.in verb.clericus, nu.*106. *Kircoui. in cōm.opi.in lit.C,concl.*37.*n.*11. vbi testatur de cōm.* opin. *Ripa in l.si vnquā n.*74.*& seq.C.de reuocan.don.Rol.a Valle cōf.*98.*n.*7. *lib.*1

Et

Et prædicta procedunt in clericis cōmittentibus simplicem fornicationem, tam si sunt in sacris, q̄ in minorib⁹; at si cōmitterēt fornicationem habentē qualitatē aggrauantē, vt puta si cōmitterent adulterium, incestū, stuprū, nefandum, vel rē habuerint cū filia spirituali, cum parrochiana, cum ea, quā in fonte, vel chrismate leuauit, vel cum similibus, vel cū iudea, uel aliter infideli; tunc sunt grauius puniendi iuxta qualitatē delicti, ēt quod nō fuerint moniti; *ita Decian. late d. lib. 6. c. 23. per tot.* vbi singularū prędictarū fornicationū pęnas recenset *Io. Bapt. Ferret. cons. 366. n. 5. & 7. lib. 2*

59 vbi dicit, q̄ puniri poterint pœna corporali, *Emanuel Suarez in com. opi. in verb. clericus, n* 110 vbi dicit, q̄ pro adulterio d̄z deponi, & detrudi in monasterium, & multos alios allegat; p̄ut hoc idem dixerunt *Flam. de Rubb. in tract. de adulter. in c. 16. in 12. & 13. pęna adulterij cart. mibi 76. & cart. 88. vers. quid si adulter, Lelius de Zanch. in tract. de priuileg. eccl. priuil. 55. n. 11. & priuil. 135. n. 27.* dicit, q̄ clericus concubinarius priuatur beneficijs, & tenetur restituere fructus perceptos.

60 Quæ oīa tamen procedūt de iure antiquiori; at de iure moderniori, hoc est, ex dispositione sacri Concilij Tridentini aliter est dispositū, hoc est quod si moniti concubinā non dimiserint, & à cōcubinatu nō se abstinuerint, tertia parte fructuū, obuentionū, ac prouētuū beneficiorū suorū quorumcunq;, & pensionū ipso facto sint priuati; q̄ fabricæ ecclesiæ, vel al-

61 teri pio loco arbitrio epi applicēt; sin vero in eodē delicto cū eadē, vel alia fœmina perseuerātes secundæ monitioni adhuc nō paruerint, non tantum fructus oēs, ac prouentus suorū beneficiorū, & pensiones eo ipso ammittant, qui p̄dictis locis applicent, sed ēt ab ipsorū beneficiorum administratione suspendant, & si ita suspensi nihilominus eas non expellāt, aut

62 cum ijs ēt versent, tunc bñficijs, portionibus, ac officijs, & pensionibus, quibuscunq; ecclesiasticis perpetuò priuent, ac inhabiles, atq; indigni quibuscunq; honorib⁹, dignitatib⁹, beneficiis, ac officijs in posterū reddant; donec post manifestā vitæ emendationē ab eorū superioribus cum illis ex causa visum fuerit dispensandum; Sed si postquā eas semel dimiserint, intermissum cōsortiū repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, p̄ter prædictas pœnas excōicationis gladio plectant. Nec quæuis appellatio, aut exēptio p̄dictā executionem impediat: Clerici verò bñficia ecclesiastica, aut pēsiones nō habētes iuxta delicti, & cōtumaciæ p̄seuerantiā & qualitatē, carceris pœna, suspēsione ab ordine, ac ĩhabilitate ad bñficia obtinēda, alijsq; modis iuxta sacros canones puniantē: epi quoq; (quod absit) si ab hmōi crimine non abstinuerint, & a Synodo prouinciali admoniti se non emendauerint, ipso facto sint suspensi. Hæc prædicta ferè sunt verba *sacri Concil. Trid. sess. 25. de reform. c. 14.*

63 Secundū, q̄ ipsam clericalē dignitatē multū offendit, & contaminat, est ignorātia, q̄ reputat certorū malorū mater; & ideo in p̄sonis ecclesiasticis summopere est dānāda; vt expresse apparet *in Concil. Toletano 4. canone 24. & habetur in c. ignorātia dist. 48. Aluarez in Spec. Pontif. c. 7. in vltimis verbis cart. mihi 25. Viu. decis. 455. n. 3. D. Flam. Parisi. in tract. de resign. benef. lib. 4. q. vlt. n. 18.* vbi dicit, q̄ ecclesia Dei odit uiros illiteratos, *& lib. 5. q. 3. n. 69.* Vnde Leo Papa in epistola 22. ad Clerū Constātinopolitanū dicebat, si in laicis uix tollerabilis est inscitia, quāto magis in ijs, qui p̄sunt, nec excusatione digna est, nec uenia. *Et Diuus Hiero. super Aggeum Prophetā in c. 2. satis ad propositū* dixit, sacerdotis officiū est de lege interrogat⁹ r̄ndere, si sacerdos est sciat legē dn̄i, si ignorat legē dn̄i, ipse se arguit nō esse sacerdotē Dn̄i: sacerdotis. n. est scire legē, & de ea ad interrogationē r̄ndere; & iterū in *epistola 4. ad Rusticum monachū* dicebat, si clericatus te titillat desideriū, discas, q̄ possis docere, et rōnabilē Christo hostiā offeras, ne miles, antequā tiro, ne prius magister sis, quàm discipulus, ut habetur *in c. si clericatus 16. quest. j.* Et quod scientia omnino requiratur in clericis, et cæteris personis ecclesiasticis liquidissimè deducitur ex ipsa sacra scriptura; ut in euangelio, uos estis sal terræ, *& in Malachia Propheta capit. 2.* labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore eius, *& 1. Pet. capit. 2.* Vos genus electum etc. ut uirtutes annuntieties eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum; *& 1. Macha. cap. 4.* elegit sacerdotes sine macula uoluntatē habentes in lege Dei, & Osiæ c. 4. Quia tu scientiam repulisti, repellā te, ne sacerdotio iūgaris, *Turrecr. in c. si in laicis dist. 38.* ubi dicit, quod de iure diuino requirit̄ sciētia in clericis, prout eū

64 refert Illustris. & Reuerendis. D. Flam. Parisi. *ĩ tract. de resignat. Benefi. lib. 4. q. 4. n. 7.* Quod requirit ēt de iure Canonico, ut habet̄ *in c. oēs, in fi. 38. dist. & in c. nisi cū pridē, §. pro defectu, & de renūc.* & ex n̄tatib⁹ hoc idē dixerūt, *Io. Hugo in tract. de offic. quatuor prælator. rubr. qualiter debeant esse iudices, nu. 3. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 296. Alphons. Aluarez in Specul. iuris Pontific. c. 7. in ult. verbis cart. mihi 25. Iacobus Benius in tract. de priuileg. iurisconsult. priuileg. 24. nu. 4. Iac. de Graff. in decis. aur. p. 1. lib. 3. c. 5. nu. 10.* qui dicit, q̄ licet Glos. in cap. legi in verbo instructio, 16. q. 1. teneat, quod in monacho bonitas, & non scientia sit necessaria,

ria, nihilominus hodie, & monachi, & clerici debent esse scientia ornari; & quod si in laicis ignorantia est damnata, quanto magis debet damnari in viris ecclesiasticis, *c. si in laicis, dist. 38. Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 425. nu. 47. Io. Hugg. in pracitat. loco n. 3.* Et prædi-
65 ctorum ratio est, quia clericorum officiū est, populum Dei docere, & ab errore eum remouere, *d.c. ignorantia, Io. Hugo loco proximè citato Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 2. c. 3. nu. 5.* vbi dicit, officium clerici est, docere, & pascere populum, vti gregem sibi commissum, quod dictum fuit originale Iustiniani in nouella 133. ideò si docendi acceptum officium exequi nesciant, in eis culpæ inferiorum refunderentur, *Rot. Rom. dec. 881. in antiq. Marches. in tract. de commiss. p. 2. c. 8. nu. 33. eart. mihi 557.* Et in tantum est vera hæc conclusio, quod ignorantia in clericis sit detestabilis, & omnino debent esse scientia prædi ti; vt si quis clericus inueniretur litterarum omnino inscius præsumatur non fuisse pro-
66 motus, ex quo tales nullo modo sunt promouendi, secundum Iustini: *in Authen. quomodò oporteat episc. &c. quæ est in nouella 6. Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 425. n. 48.* vbi recenset eiusdem nouellæ verba, sed a clericatu, & ordinibus repellendi, *c. præcipimus 34. dist. c. fin. de tempor. ordinand. in 6. c. si. de ætate qualit. ordinan. Spec. in tit. de dispensa. §. iusta vers. scias quod est, Decian. cons. 14. nu. 32. lib. 1. & Dom. Flam. Paris. in tract. de resignat. Benef. lib. 4. cap. si. n. 20. & lib. 5. c. 3. n. 77.* dicit, quod illiteratus circa ordines, & beneficia consequenda, est magis odiosus, quàm homicida, allegat Innoc. *in c. cum nostris de concess. prabend. & Dec. in c. suscitatus de rescriptis. Et iterum eodem tract. lib. 4 q.*
67 *4. nu. 5.* vbi dicit, quod iste defectus est omnino indispensabilis, allegat Innoc. *in c. dilectus, de tempor. ordinan. Fely. in c. in quæstionis de sentent. excomm. Diaz in pract. crim. canonica c. 18. vers. illiterati, Maiolus in tract. de irregular. lib. 1. c. 32. & Ant. Gambarus in tract. de autboritate le*
68 *gati à latere lib. 7. n. 458.* dicit, quod licet illiterati caracterem ordinis recipiant; monstra tamen sunt, & opprobrium in ecclesia Dei, *D. Paris. in tract. præd. lib. 5. q. 3. n. 74. Lambert. in tract. de iure patro. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 24. n. 2. eart.*
69 *mihi 99.* & clericus illiteratus, non potest obtinere beneficium, *Lambert. loco citato n. 1. & per totum,* immo si illud iam obtinuisset, & habe-
70 ret, cogi poterit renunciare, & relaxare beneficium, quod iam obtinuerat, *Hostiens. in c. nisi cum pridem nu. 14. Bald. n. 3. & alij omnes de renunciat. idem Hostiens. in c. fin. num. 3. vers. sed etiam, de ætat. & qualit. & ordinand. & ibi etiam Abb. Panorm. num. 1. & 2. Fel. in c. si quando nu. 14 de rescript. Alphons. Hoiedo in tract. de incompatib. benef. p. 1. c. 24. n. 29. in fi. Illustriss. & Reuerendiss. Dom. & Præceptor meus in almo Studio Romano Flam. Parisius in tract. de resignat. benefic. lib. 3. q. 18. n. 20. & 21.* vbi dicit, quod hoc probatur etiam, *in c. fi. de ætate, & qualit. ordin.* & quod hæc conclusio procedit etiam in episcopo, & testatur de commu. opi. & ratio est
71 quia collatio beneficij facta illiterato, & ignoranti est ipso iure nulla, *Innoc. in c. cum nostris: vbi etiam Abb. de concess. præben. idem Innoc. in c. dilectus, de tempor. ordinand. Fel. in c. per tuas collum. 1. de Simon. Archid. in c. nullus de tempor. ord. in 6. Dom. Paris. in tract. præd. lib. 4. c. 11. nu.*
72 *19. & lib. 5. q. 3. n. 76.* & huius ratio est, quia illiterati sunt incapaces beneficiorum, *c. illiteratus dist. 36. c. pœnitentes dist. 55. Rebuff. in tract. de pacifica possess. n. 261. Alphon. Hoiedo in*
73 *tract. de incompat. benef. p. 1. c. 24. nu. 28. Archid. in c. si qui 1. q. 7. D. Paris. d. q. 3. n. 25.*

Nec est necessaria eminens, exquisita, & su-
74 prema scientia in quolibet clerico, sed sufficit quod sit aliqualis, competens, & mediocris, quæ tamen tanta sit, vt sufficere possit ad munus illud obeundum, & tractandum ad quod est promotus, *c. cum in cunctis §. inferiora de elect. c. oportet 8. q. 1. glos. in Clement. 1. §. vt igitur in ve b. sufficientem, de magistris, Abb. in c. extirpandæ, n. 3. de præben. & in c. venerabilis*
75 *n. 3. & 8. eod. lib.* vbi declarat, quæ sit scientia eminens, quæ mediocris, & quæ sufficiens, *D. Flam. Paris. in tract. præd. lib. 4. q. vlt. n. 23. & 24. Cepoll. in repet. l. si contra n. 10. & seq. ff. de vsucap. pro emptor. Io. Hug. in tract. de offi. quatuor prælat. rubr. quales debeant esse iudices, n. 4 in 13. to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 296. Mence. in tract. de arbi. iud. casu 425. n. 27. & 51. Trotius in tract. de perfecto clerico lib. 2. c. 33. n. 4.* vbi cōcludit, quod eminens scientia dicitur per quam quis difficillimas qōnes resoluit sine reuolutione librorū, mediocris cum ipsorū librorū reuolutione, cōpetens veró, seu sufficiens dr ea, quæ sufficit illi, de quo quæreret ꝑm qualitatem status, in quo reperitur, attento illius officio, & beneficio, & cōsiderata ecclesiastica dignitate; vnde alia requirit, & sufficit in clerico simplici bñficiato, alia in curato, & alia in episcopo; ita cōcludunt in Doctores *in d. c. cū in cunctis de electi; & in d. c. nisi cū pridē, §. pro defectu, de renūt. Trotius in d. c. 33. per tot. Lābert. i tract. de iure patro. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 24. per tot. Gābarus in tract. de autbor. legat. de latere, lib. 7. n. 459. Parisius d. c. 11. n. 25. & seq.* Et ppea in sacerdotio sufficit
76 scientia canonū pœnitentialiū, homeliarū, &
K hmōi, *c. quādo, & c. nulli, & c. quæ ipsis, 38. dist. c. si decreta, 20. dist.* Quod etiam ordinauit Celestinus Pōtifex Maximus, qui dū in 3. epistola scriberet ad epos Calabriæ, dixit nulli sacerdotū licere canones ignorare, qd' ex fratibus

etiam

etiam notauerunt. *Gliel. Durand. aliàs speculator appellatus in tract. de modo celebrandi generale concilium rub. 30. nu. 2. Gemin. in c. illiteratos col. 1 vers. in presbyteris 36. dist.* vbi etiam dicit, ꝙ non est necesse, vt ij sciãt canones iudiciales, quia ij sunt solum iudices aiarum, & non corporum, *c. omnes de pœnit. & remiss. Menoc. d. casu 425. n. 49. qui ex Ang. in §. hac de eo in Auth. quo oporteat episc. &c.*) refert Florentiæ fuisse determinatum quod presbyteri debent esse versati in sacris litteris, & ceremoniis, & aliàs fuit cõstitutum in Concilio Toletano, quod sacerdotes omnino callere debeant Theologiam, & canonẽs, *vt habetur in c. 1. & in c. nulli, & in c. omnes 38. dist. & in c. statuimus 68. dist. Decian. cõs. 14. n. 29. lib. 1.* Circa quod Leo Papa in prima epistola dixit ignorare nunquam licuerit sacerdotem, quod canonũ regulis est diffinitum, & S. Innocentius etiam Papa in epistola 5. ad Maximum, & Seuerum, Ecclesiasticorum canonum norma nulli debet esse incognita sacerdoti.

77 At in cæteris ordinibus sacris sufficit, vt ordinãdus sciat latinè loqui, & intelligere, quia si hoc nescit, non est promouendus ad subdiaconatus, vel diaconatum, *Dom. de S. Gemin. in c. illiteratos 36. dist. Menoch. d. casu 425. nu. 50*

78 Cæteri vero in minoribus ordinibus assumendis ex dispositione sacri Concilij, Tridentini *sess. 23. c. 11. de reformat.* censentur illiterati, qui latinam linguã nun intelligunt, cuius Concilij Tridentini hęc sunt verba, Minores, ordines ijs, qui saltem latinam linguã intelligant per temporũ interstitia, nisi aliud episcopo expedire magis videretur, conferantur, ex quibus vltimis verbis, nisi aliud episcopo, &c. Menoch *d. casu 425. n. 58.* infert, quod episcopus poterit arbitrari, qualem promouere habeat, etiã quod latinam linguã non intelligat; Ego vero (salua reuerentia tãti iurisconsulti) prædicta verba intelligo, vt per ea collatum arbitriũ episcopo in submouẽdis interstitijs, quibus interstitijs episcopus ex causa poterit dispẽsare, quod clarius patet in eodẽ cap. Cõcilij Tridentini, de quo tamen cogita.

79 In confessarijs autẽ qualis, & quãta requiratur scientia, ponit Iacobus de Graff. *in decis. aur. p. 1. lib. 1. c. 15. per totum, & præcipue n. 2.* vbi dicit, quod confessarius tunc dicitur habere sufficientẽ scientiam, quando scit distinguere inter peccatũ, & non peccatũ, mortale, & veniale ex genere; quia alia penitẽtia est iniungẽda pro veniali, & alia pro mortali, & pro mortalibus alia, & alia secundũ grauitatẽ eorum, & nu. 7. cõcludit quod illiterati non debent admitti ad audiendam confessionẽ; si tamen de facto reperiuntur admissi, poterũt ligare, & soluere, licet tunc peccarent mortaliter acceptando confessionem.

L

Sed in prælaturis maior optatur scientia, cum prælati debeant esse instructi iure canonico, & sacra Theologia, vel saltim aliquo ipsorũ, *c. qui episcopus, 23. dist. c. 1. & 2. 62. dist. Decian. cons. 14. n. 27. lib. 1.* & licet in prælatis sciẽ-

80 tia eminẽs requiratur, nihilominus sufficiẽs, siue competens tolleratur, quia tunc deffectũ scientiæ, potest supplere perfectum caritatis, *vt not. in c. cum nobis olim, §. pen. de elect. Iac. de Graff. in appendi. ad decis. aur. lib. 4. c. nu. 25.* & modernissimè hodie hoc est determinatũ per sacrum Concilium Trident. *sess. 7 c. 1. & sess. 22 c. 2.* quod non nisi in vniuersitate studiorum magister, siue doctor, aut licentiatus in Sacra Theologia, vel iure canonico ad prælaturam promoueatur; sic etiam in Concilio Basilien

81 si est ordinatum, vt ad Cardinalatus fastigiũ nemo possit assumi, nisi sit magister in Sacra Theologia, vel doctor in iure canonico, vel saltim licẽtiatus, *vt dicit Gambar. in tract. de offi. & potest. legati de latere lib. 7. nu. 80. D. Flam. Paris. in tract. de resignat. benefic. lib. 4 c. 11. nu. 26.* Ex

82 quibus verbis Concilij Tridentini clarissimè patet, quod doctorat⁹ principis rescripto nul

83 lo præuio examine ad dignitates, atq; beneficia ecclesiastica non admittitur; quod etiam est dispositum de iure canonico, vt refert Iac. Benius *in tract. de priuil. iurisc. priuileg. 1. n. 8. p. 2* vbi dicit, quod doctorati per rescriptum principis dicũtur doctorati per abruptum, & quæ scientia requiratur in cęteris ordinibus, & dignitatibus ponit *D. Paris. d. c. 11. n. 27. & seq.*

84 Quo vero ad Summũ Pontificẽ dico, quod ex quo ipse est præpositus curæ toti⁹ Christianæ reipublicæ, oportet, vt habeat lõgè maiorem scientiam, quàm alij, *Abb. noster Panor. in c. cum in cunctis de elect. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1 lib. 1. c. 15. n. 3.* vbi dicit, ꝙ pro eo sufficit præsumptio iuris, qua præsumitur habere oĩa iura in scrineo pectoris, *c. 1. de constit. in 6. & ibi gl. in verb. habere, in fi.*

Quam quidem scientiam, & literarum experientiam cõsiderans sacrum Conciliũ Triden. *sessio. 24. c. 12.* (licet non præceptiuè, sed

85 hortatiuè) disponit, vt in prouintijs, vbi cõmodè fieri põt, dignitates oẽs, aut saltim dimidia pars canonicatuũ in catridalibus ecclesijs, & collegiatis insignibus conferantur tantum magistris, vel doctoribus, vel ẽt licẽtiatis in theologia, vel iure canonico. Et prædictorũ rõ est, quia viri scientia pditi melius inseruiũt

86 ecclesiæ, eiusq; iura deffendũt, q̃ simplices, & idiotæ, *c. cum ex eo de elect. in 6. & voluit Fulgos. in l. qui sub prætextu C. de sacros. eccles. quem referendo sequitur Decian. dicto cons. 14. num. 26. & 30. lib. 1.* Hinc dicebat *Io. de Lignan. in tract. de plurali. benef. c. relatus ab eodem Decian. in cons.*

pra-

praedicto n. 37. quod plus prodest vnus doctus decem ecclesiis, quam decem indocti vni ec-
87 clesiæ, ad quod dicendum mouetur per text. *in c. constitutis il 2. de app.*

Vnde cum Ecclesia Dei maxime viris litte-
88 ratis indigere dignoscatur, per quos mundus totus illuminatur, *c. cum ex eo de elect. in 6. c. fi. de magistris, Auth. habita, vbi Doctores, C. ne fil. pro patre, gl. in extrauag. execrabilis Ioannis 22 in verb. viris literatis de præbend. & dignit. Marches. in tract. de commissio. p. 2. c. 8. n. 33. cart. mihi 557. D. meus Parisius in tract. de resign. lib. 4.*
89 *c. 1 t. n. 17.* ob id multum fauet ipsis viris litteratis, eisq; multa concedit priuilegia, *c. de multis in fi. de præb. vbi Abb. idẽ Abb. in c. licet eo. tit. & Gemi. in c. cũ ex eo, de elect. in 6.* satis ad propositum dixit, quod expositum per clericos ra-
90 tione studij, dicitur expositum in vtilitatem ecclesiæ, *sequitur Fel. in c. cum M. Ferrari. in gl. in ver. per industriam de constit. Dec d. cons. 14. nu. 34. lib. 1. vbi etiam ex Hostiens. in probe. suæ summæ in §. vnde, vers. ciuili,* dicit, quod studij ca-
91 nonum incumbentes non parum merentur, quod dictum refert, *Ias. in l. 1. in pen. col. ff. de iusti. & iur.* & ideo ex hac causa motus *in c. 18. sessio. 23. de reform.* sacrum Tridentinum Concilium determinauit, vt in qualibet diœcesi erigatur vnum seminarium pro instruendis adolescentibus, quod prius fuit exequutum per Gregorium Decimum tertium Pontificẽ Maximum, qui tunc in Alma Romana vrbe,
92 tum etiam in diuersis aliis externis prouinciis multa erexit seminaria, & diuersarum nationum, ex quibus seminariis quotidie multi, atq; multi producuntur viri doctissimi in diuersis professionibus, & præcipue in sacra Theologia, & in hac vrbe Panormi pro exequutione eiusdem sacri Concilij fuit erectum se-
93 minarium propè palatium Archiepiscopale per quondam Illustriss. & Reuerendiss. Don Cæsarem Merulla Messanensem huius vrbis dignissimum atq; vigilantissimum Pastorẽ, virum quidem magnæ experientiæ, & irreprehẽsibilis vitæ, cuius anima requiescat in pace.
94 Et eandem rationem dicimus, quod legatũ factum alicui pro se manutenendo in studio, vel pro emendis libris causa studij, dicitur pium; *scribentes omnes, & præcipuè Ripa, & Soc. iun. in l. 1. in fi. ff. sol. matr. Rim. iun. cons. 117. nu. 13. & 14. lib. 2. Hond. cons. 57. n. 9. lib. 2. Caualc. in tract. de vsufr. mulier. relicto n. 226.* vbi dicit,
95 quod ex tali legato non detrahitur falcidia, si legatum est pro studio Theologiæ, *Surd. in tract. de alim. tit. 5. q. 20. n. 9. Tiraq. in tract. de pia causa in præfati. vers. item relictum causa studij; Doctores in Auth. habita C. ne fil. pro patre, Decia. cons. 14. n. 12. lib. 1. Bartius dec. 25. n. 19. Adden. ad Bar. in l. fideicommissa, §. Sticus in lit. A, ff. de legat. 3. Ias. in l. 1. ff. sol. matr.* vbi hoc limitat in studio sacræ Theologiæ, *& in l. apud §. constat nu. 15. & 16. ff. de legat. 1. Horatius Lucius in tract. de priuil. scholarium priuileg. 1. in 18. tom. tract. diuers. cart. mihi 72.* vbi dicit, quod hoc idem procedit in studentibus iuris ciuilis, quæ oĩa dicta in studentibus sacræ Theologiæ procedunt etiam in studentibus iuris canonici; q̃a hodie ad ecclesiam bene regendam non mi-
96 nus prodest ius canonicum, quam Theologia *Hostiensis in c. 1. quem alij Doctores sequuntur, de consang. & affinit. Iac. Benius in tract. de priuil. iurisconsult. priuil. 15. n. 4. p. 1. immo (quod plus est,) idem Hostiens. & Io. Andr. in d. c. 1.* dixerunt, q̃
97 ecclesia Dei non posset regi per puram, & solam Theologiam absque facultate canonica, quod dictum refert, & sequitur *Euerard. in topica iuris in loco ab author. n. 8. & ex Theologis hoc idem dixit Melchior Cano. in tract. de locis Theologiæ lib. 8. c. 6.* dum voluit scientiam iuris canonici esse necessariam Theologis, maxime ad interpretationem iuris naturalis, & diuinis quod secus est quò ad spiritualitatem, & tuitionem fidei, *ita Mart. de iurisdict. p. 2. c. 7. n. 15 & Iacob. de Graff. append. ad decis. aur. lib. 4. c. 1. n. 45.* dicit, quod Prælatus dẽt esse magis do-
98 ctus in iure Pontificio, quàm in Theologia; & ideo cũ Episcopus examinatur, dẽt examinari super iure canonico; & dicitẽr, quod bonus
99 Canonista poterit prædicare; & iterum *eo. lib. c. 4. n. 16.* dicit, q̃ Prælatis est multum necessaria scientia iuris canonici, cum tendat dedi-
100 rectò ad regimen animarum, *& Siluest. in summa in verb. doctor. nu. 4. 5.* ius Canonicũ, Theo-
101 logiam practicam appellauit, *Benius in tracta. de priuil. iurisconsult. priuil. 15. n. 4. p. 1.* Hinc fit
102 quod doctor in iure Canonico præfertur in collatione beneficij doctori in Theologia, q̃n beneficium est in partibus, vbi nulla adest hęresis, vel hæresis suspitio, prout est in isto Regno Siciliæ, *Fel. in c. fi. n. 2. de magistris, Euerard. in topica iuris in loco ab authoritate nu. 8. Trotius in tract. de perfecto Clerico lib. 2. c. 33. nu. 6. Io. Lopez in repet. c. per vestras in 3. not. §. 26. nu. 6. de donat. inter virum & vxorẽ, Rebuff. in concordãt. Galliæ tit. de reg. ad prælaturas nominat. in glos. in verb. licentiatum & in c. postulasti, nu. 204. de sent. excom. Iac. de Carolis in gemmato panone in cons. vnico, post probem. n. 54. Io. Bojas in tract. de hær. p. 1. n. 389. Petr. Lesnader. in tract. de priuil. Docto-*
103 *rum p. 3. q. 1. cart. mihi 24.* vbi ẽt dicit, quod doctor Canonista præfertur doctori iuristę, & q̃d doctor in vtroq; præfertur in vna tantũ scientia doctorato; quod dictum deducitur ex tex. *in c. 1. de tregua & pace; & in l. fi. C. de adopt. & voluit gl. in c. placuit 16. dist. cum aliis adductis per Tiraq. in tract. de nobil. c. 5. nu. 8. Iac. Benius in d. tract. de priuil. iurisconf. p. 3. priuil. 1. n. 25. & 27.* vbi

vbi dicit, quòd si quis in vno studuerit, & in vtroq; promoueatur, vt sunt aliqui qui doctorantur in iure pontificio, qui tamen prorsus canones ignorant, per hoc non debent præferri doctoribus iuris Canoni, ex quo gradus ille est inualidus, *allegat Anch. in c. 1. col. 2. de parroch. Oddo cõs. 14. n. 36. lib. 1. Io. Staphil. i trac. de prærogat. expectat. §. seu sectione, secundo principalit. n. 21. Petr. Rebb. in tract. de nominat. q. 5. n. 9.* & litteratus cæteris paribus ad dignitates, & non alia officia est præferendus, *l. 2. C. de pact. Paul. Montan. in tract. de tutel. c. 35. reg. 1. n. 161.* & litteras nescire dicitur, qui nescit legere, & scribere, vt *idem Montan. nu. 160. referẽs Borellum cons. 16. per tot.* Et reddeundo ad nostrum institutũ scilicet, quod Clerici debẽt esse litterati, dico, quod licet aliàs *in c. extirpandæ §. qui vero, de præbend.* sit cõstitutum; vt oẽs beneficiati, qui habent curam animarum, teneantur in propriis ecclesijs residere, aliàs pri-

104 uantur fructibus ipsorum beneficiorum, *c. tuæ fraternitati, de cler. non resident. Gl. in c. cum oẽs, in princ. de constit.* quia ex eo beneficia conferuntur, vt omnibus derelictis Dei Opt. Max. ministerio inhæreant, *l. generaliter in fi. C. de episc.*

105 *& cler.* nihilominus tamẽ clericus, qui est absens causa studii, & existit in publicis gymnasijs, habetur pro præsente, & pro residẽte; nec

106 poterit beneficio priuari propter talem non residentiam, & fructus ipsius beneficij consequitur, prout præsentes, præter distributiones quotidianus, *est tex. in c. super specula, & ibi communiter scribentes de Magistris, Abb. Pan. in d. c. tuæ fraternitati, & in c. relatum, de clericis non residentibus. Fel. in c. fi. de Magistris, n. 2. vbi etiã Io. Andr. nu. 8. & Socy. n. 8. idem Abb. Panor. in c. licet nu. 5. vers. an autem studens de præbend. Oldrad. cons. 17. per tot. Ant. Piaggia in tract. de cõsuetud. q. 11. n. 262. Decian. in pluries citato cons. 14. nu. 36. lib. 1. Staffileus in tract. de litteris gratiæ in tit. de vi & effectu clausulæ vers. post dicta verba nu. 2. Cephal. cons. 83. nu. 6. lib. 1. Paul. Fuscus in sing. lit. A, nu. 3. Pet. Lesnauder. in tract. de priuil. Doctorum p. 2. §. 22. cart. mihi 21. Lælius de Zanch. in tract. de priuileg. eccl. priuileg. 77. n. 7. Menoch. in tract. de arbi. iudicum casu 425. n. 27. Bar. in l. quæsitum nu. 3. ff. de leg. 3. & in l. si cui annũ, ff. de annuis legatis. Doctores cõiter in l. 1. ff. sol. mat. Horat. Lutius in tract. de priuileg. scolarium priuil. 10. nu 18. tom. tract. diuers. cart. mihi 73. Graff. in append. ad decis. aur. lib. 4. c. 4. n. 17. Iacob. Benius in tract. de priuilegijs iurisconsultorum p. 1. priuil. 15. n. 1.* vbi dicit, quod licet aliqui tenuerint, quod hoc vendicabit sibi locum tantũ in studentibus, nihilominus veritas est, vt procedat etiam in professoribus ob vniuersalem vtilitatem ecclesiæ, & n. 8. dicit, quòd si absens est pauper obtinebit etiam distributiones quotidianas, & est Regulare, quod absens causa studii, habet pro præsente, *l. quæsitũ, & ibi Bar. ff. de legat. 3. l. Seia, §. Tãphil. ff. de fundo instruct. Horat. Lucius d. priuil. 10.* Et prædictæ conclu-

107 sionis ratio est, quia absens causa studii, dicitũ abesse propter publicam vtilitatem, *Bal. in l. sed & si per prætorẽ in prin. ff. de rest. in integr. vbi etiam Alber. n. 3. Dec. in c. ex literis, n. 9. de constit. Boer. dec. 16. n. 20. & 22. Ant. Vfillus in §. rursus, n. 5. instit. de act. Oddo in tract. de rest. in integ. q. 7*

108 *art. 14. n. 123.* Vnde is talis gaudet cõmodis, & priuilegiis eorum, qui præsentes sunt, *c. de quibusdam, & quod ibi not. Gl. Archid. & D. de S. Gemin. 37. dist. c. fi. de magistris, c. 2. de priuil. in 6. c. licet de prẽben. Oldr. cons. 220. in fi. Calder. cons. 8 de offic. leg. cũ alijs, quos allegat Horat. Lutius d. priuil. 10. Oddo d. q. 7. n. 121. & seq.* vbi dicit, quòd

109 poterit restitui in integrum, & multa cõgerit circa absentiam causa studiorum, prout obligari monasteriũ pro nũtio ex causa necessitatis in studio, quãdo ibi manet de licẽtia, & dispẽsatione abbatis, *Abb. in c. quanto, n. 5. de offi.*

110 *ordin. & in c. cũ contingat n. 24. de foro cõpetẽt.* secus extra causam suæ necessitatis, vt ibi Abbas. Et supradictorum rõ ea est, quia scilicet non minus dicuntur seruire ecclesiæ ij, qui docent, vel studẽt, q̃ ceteri diuinis officiis interessentes, *Abb. in c. licet in fi. de præbendis*, & ista dispensatio, seu priuilegium absentibus cau-

111 sa studii dicitur esse secundum ius; *Gamb. de officio legat. cart. 219. n. 56.*

112 Et non solum clerici debent esse versati in sacra Theologia, & iure Põtificio; sed etiã debent scire humanas literas; *Turrecr. in c. 1. n. 1. 36. dist.* Vbi dicit, quòd eis licet erudiri literis

113 sæcularibus, & si habeat aliquod officium in ecclesia debet oĩo scire quod pertinet ad tale officium; vt si est cantor debet habere sciẽtiã cantus, & sic de similibus, *Card. Alex. in c. illiteratos 36. dist. Io. de Selua in tract. de benefi. p. 3. q. 5. n. 56. in 15. to. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 56.*

114 Et hoc ita, & taliter dẽt scire, quod aliter eorum ignorantia est peccatum mortale, *Siluest. in sum. in verb. ignorantia n. 8. Gaeta. & Rosell. et in suis sũmis in eod. verb n. 1. & Armilla in d ver. n. 3. Sebast. Medices in summa de peccat. p. 1. tit. 5 q. 37. in fi.* vbi dicit, q̃ isti tales peccãt in omittendo, quia ommittunt scire ea, quæ ad eorũ officiũ spectant; *& ideo Cardin. in Clem. 1. in 2. q. de celebratione missarũ, quẽ sequitur Bertach. in suo repertorio in ver. clericus dicẽs officiũ*, affirmauit,

115 quod clericus dum recitat officium, si illud non intelligit, peccat; quia hoc scire tenetur, *Io. Batt. Costa in tract. de ignoran. iuris, & facti regul. 2. num. 1.* vbi dicit, quòd ignorantia

116 non excusat, quem decet ex officii ratione inuestigare; & ideo iudex iudicans cõtra ius clarum, & expressum, per ignorantiam & imperi

C tiam,

117 tiam, tenet ir quasi ex maleficio, & facit litẽ suam, *vt instit. de obl. quæ ex delict. nascun. in prin. & in l. ex maleficijs, §. si iudex ff. de act. & obl. Bar. & alij in l. fi. C. de penis iud. qui male iud. Natt. cõs. 172. n. 8. lib. 1. Pa*ris *in tract. de sindic. in verb. iudex male iudicans c. 2. n. 1.* vbi dicit, quòd ignorantia iuris ciuilis, uel canonici, vel positiui **118** iudicem non excusat a toto, licet a tanto, & quod punitur si male iudicat, *allegat tex. in l. si iudex de varijs cognit. l. si filius de oblig. q̃ ex quasi malefic.* & iterum dicit, quod talis ignorãtia, & imperitia æquiparatur culpæ; *l. si quis fundum, §. si quis vitulos, ff. locat.* Quia turpe est in iudice ignorantia iuris, in quo versatur; *l. 1. §. seruus, ff. de origin. iuris, Iulius Cæsar Imbrianus in tract. de iudice regni, dialogo 2 n. 44.* qui di**119** cit, quod ignorantia quò ad eos, qui aliis p̃esse volunt in detestabilium numero, & plus vltra computabitur, cum in iis, nec excusatio ne, nec uenia digna sit; *c. scriptura de consecrat.* **120** *dist. 2. c. fi. 37. dist. & iterum n. 72.* dicit, ꝙ debet puniri arbitrio iudicis; & quod nõ dicitur extra culpam, *allegat glossã magnam in l. si quis per imperitiam, ff. de exict. Farinac. in tract. crim. p. 3.* **121** *q. 87. n. 47.* vbi dicit, quod iudex, q. culposum homicidam ad mortem indebitè condemnauerit propter imperitiam, debet & ipse decapitari, *allegat Dec. in l. in actionibus, nu. 19. vers. adde etiam casum ff. de in lit. iurand. Marsi. in l. lege Cornelia, n. 4. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Sal. in l. 1. n. 5 in fi. vers. fallit ratione officij, C. deposit. Bertach. in reper. in verb. culpa lata sub n. 21. Diaz reg. 540. in 5. & 6. lim. Pet. à Plaza in epit. delict. c. 26. n. 4 vers. qd si neglig̃etia medici, Farin. q. 111. n. 379. vbi allegat Io. Fab. in §. 1. n. 2. vers. si tamen per dolũ in sti. de obl. quæ ex quasi delict. nascu. Alber. in l. 2. n. 2. in fi. & nu. 3. ff. quod quisq; iuris, Bal. in rub. de pœnis iud. qui male iudica. nu. 6. & alios doctores, breuitatis gratia prætermittam: & iterum eadem q. 111. n. 479. Carau. latè in trac. de loca. & conduct. p. 4. q 3. per tot. cart. mihi 163. & seq. & iterum p. 5. in tit. de septimo gradu accidentalium n. 1. car. mihi 245.* & quod dictũ est de iudice procedit in quolibet artefice, qui si per imperitiã, & igno**122** rantiã errauerit in eo, ad quod est cõductus, tenetur omne damnũ emẽdare; quia ex quo locat operas suas, qui detur asserere se esse in illa arte peritũ, *§. imperitia, & quod ibi not. Io. Fabr. & cæteri scribentes instit. ad l. Aquil. Caualc. dec. 26 nu. 5. lib. 1. Carpan. super statut. Mediol. p. 2. c. 398 nu. 220. Iulius Cæsar Imbrian. in d. tract. de iudice regni dialogo 2. nu. 73. Caroc. in tract. de locat. & conducto, p. 4. in tit. de imperitia agi imensoris p totum, & in titulis sequentibus etiam per totum car.* **123** *mihi 164. & seq.* quod etiam procedit in medico, qui si per imperitiam, & ignorantiam ægrotum occiderit, tenetur de occiso; & poterit puniri pœna vltimi supplicij; *Ripa in tract. de peste in tit. de remed. ad curandam pestem, num. 66. Gomez in 3. tom. variar. resolut. c. 3. nu. 16. in fi. vers. & idem est in medico, vel Chirurgico Petr. à Plaza in epitom. delict. c. 26. nu. 4. in princ. & in vers. quod si negligentia medici, cum alijs, & quos congerit Farinac. d. q. 87. nu. 45.* & si intimius non moreretur, tunc teneretur ad interesse. *Glo. in § præterea Instit. ad l. Aquil. Fely. in c. tua nos de homoc. Additio ad Dynum in reg. non est culpa in 6. Benintend. dec. 9. Caroc. in tract. de locat. & conduct. p. 7 tit. de septimo gradu accident. nu. 8. cart. mihi 245. Caualc. dec. 26. n. 16. lib. 1.*

Et vt reuertar ad meũ institutũ, dico, quod **124** ignorantia nõ solum in clericis; verum etiam in sæcularibus est causa peccati, *D. Thom. in 2. 2. q. 76. art. 1. & 1. q. de malo, q. 3. art. 6. & in 2. dist. 22. art. 4.* & si est voluntaria, non excusat peccatum, *c. excellentissimus 11. q. 3.* & præcipui in ijs, quæ quis scire tenetur, de pertinentibus ad fidem, de quibus per S. Thom. in 2. 2. art. 5 & 38. dist. c. ultima & ibi gl. 24. q. 1. vbi habetur, quod si quis propter ignorantiam errat in articulis fidei, non excusatur; ex quibus apparet quam diabolica fuerit illa Iuliani Apostatæ Imperatoris inuentio, qua præcepit, vt **125** nullus Christianus admitteretur in generali studio ad docendum, vel addiscendum, *vt meminit Cassan. in Catalag. glor. mundi p. 12. consider. 17. vers. Iulianus:* & plusquam diabolicum fuerit institutum additum a pessimo illo hæretico Ioanne Kucileff. in suo errore 29. qui in eo damnabat vniuersitates, studia, collegia, graduationes, magisteria; cuius erroneum dictũ merito dãnauit Martinus V. Pontifex Maxi. per suã Bullã, de quo errore, & contra illũ scri**127** bit Alphonsus de Castro aduersus hæreses in verb. studia generalia. Et p̃ cõclusione, dico, quod clerici laicis scientia p̃cellere habẽt, *Turrecr. in c. qualis n. 2. 8. q. 1. Aluarez in speculo iuris pontifi. c. 7. in vlt. verb. car. mihi 25.* Sed nõ p̃pea simplices sacerdotes, qđoctrinã nõ habẽt, nõ sunt honorandi, & venerandi: *dicit enim tex. in c. cũ ex iniuncto §. licet, de hær.* quod non est simplicibus sacerdotibus etiã a scolasticis detrahẽdum, cum in eis sacerdotale officiũ debeat honorari, *Durãd. in rõnale in proheм. n. 5.* & est sicedũ prout facimus de aliquib⁹ magnatibus qui licet sint ignari, & ignarissimi, nihilominus quia sũr nobiles, titulati, vel diuites, ab ob⁹ obsequiãtur, & venerãtur; & sic patet quod potius veneratur dignitas in qua reperiũtur, quam qualitas personæ exposceret.

128 Vnũ tamen non ommittam quod vbi Doctor in sacra Theologia, in iure canonico, vel ciuili est promouendus ad aliquẽ ordinem, dignitatem, officiũ, vel beneficiũ, non esset examinãdus, licet aliàs in tali gradu, & beneficio obtinendo requireretur examen, quia semel appro-

approbatus non deberet amplius examinari
129 nisi aliter cautum esset, & merito pluribus de causis *c. de Petro 47. dist. Petrus Laderan. in tract. de priuileg. Doctorum p. 4. q. 28. Petrus Cenedus in collectan. iuris canon. p. 1. collect. 15. n. 3. cart. mihi 23. Iulius Cæsar Imbrian. in tract. de iudice regni, dialog. 2. n. 85. Iacobus Benius in tract. de priuileg. iurisconf. p. 2. priuileg. 31. n. 1.*

130 Tertium, quod non parum offendit dignitatem clericorum, & ecclesiasticarū personarū est Auaritia, quæ idolorum seruitus appellatur ab Apostolo *ad Ephes. c. 5. & est tex. in c. cum omnis prima q. 1. c. auaritiæ; vbi Doctores de præ-*
131 *bend.* Namque secundum sanctum Gregoriū, in moralibus li. 9. c. 2. auaritia est radix cūctorum malorum, *vt habetur in c. bonorum 47. dist. & clarius adnotauit gl. in c. quia radix de penit. dist.*
132 2. Et cū sit malorū omnium causa à sacerdotibus, & viris ecclesiasticis omnino est fugiēda; ne in ipsis verificetur, quod Micheas Propheta dicebat, c. 3. ibi; sacerdotes eius in mercede docebant, Hinc Maguntinum Conciliū canone, 10. clericos admonebat dicēdo, amorem pecuniæ quasi matrē cunctorū criminū,
133 *c. his igitur 23. dist. & in c. virū 47 dist.* dicitur virū catholicū, & præcipue Domini sacerdotē nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari: Immo sacrū Conciliū Tridēt.
134 sess. 21. de reformat. c. 1. vult, vt non solū auaritiā à ministris ecclesiæ arceri; verū etiā eius suspitionē, *quod etiam tradiderunt Diuus Ant. in summa p. 3. tit 13. c. 3. §. 11. Trotius in tract. de perfecto clerico c. 51. nu. 12. & seq. lib. 2. Marc. Ant. Marf. columna in tract. de reddit. ecclesiast. p. 2. c.*
135 *20. n. 12.* Ignominia namque sacerdotis est, proprijs studere diuitijs; *c. gloria episcopi 12. q. 2. Areletan. Concil. prim. canon. 12. & Concil. 2. canon. 14. & Concil. Cartag. primū canon. 13. & Concilium Aquisgranense tēpore Ludouici Pij, celebratū canone 61. & Conciliū Parisien tēpore Gregorij IV.*
136 *Summi Pontificis in lib. 1. cano. 13.* Cæca enim hæc animi passio, & inordinata cupiditas, & auaritia passim nonnulla damna, & scandala generat. Quod si generaliter in omnibus ex traditis per sanctū Ant. in summa p. 2. tit. 1. c. 1. & seq. præcipue tamen in viris ecclesiasticis maiora producet; vt in pluraliter beneficiorum; præbendarum, & dignitatum colligi poterit, vt ad saturitatem de pluralitate bene-
137 ficiorū scripserunt, *Io. de Lign. Nicolaus Gimonteus, & alij, S. Ant. vbi sup. p. 3. tit. 15. c. 1. per totum, & præci. §. 6. Sotus in tractū. de iustit. & iure lib. 3. q. 6. art. 3. Trotius in d. tract. de perfecto clerico, lib. 2. c. 45. & 46. Lamb. in tract. de iure patr. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 15.* & licet ex dispēsatione Sūmi Pontificis aliqui obtineāt plura beneficia nihilominus hæc dispēsatio vt plurimum est potius extorta per exquisitos modos, & subreptitie impetrata, quā legitime obtēta, prout aduertit Ioānes Papa 22. in extrauag. execrabilis de præben. & vt plurimū impetratur sine causa, vt cōsiderat Petrus Rebuff. *in concordat. Galliæ in tit. de forma mandati Apostolici in Glos. in verb: dispensationū vers. vnū tamen dubebat,* quo casu ita dispensati sine causa nō sunt tuti quò ad Deum, *Glos. in cap. non est, in verb. adimplere, de voto. Nauar. in Manuali, c. 12. n. 76. vers. nemo, Couar. in 4. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 9. n. 7. Io. Rojas in epit. succes. c. 23. n. 8.*

Et non solum auaritia aliquorū clericorū inducit eos ad obtinēdum plura beneficia per fas, & nefas, & cum illegitima dispensatione, & sine, ita, & taliter, quod alij abbundāt, & cū maximo omniū scādalo, pompis, ac vano apparatu, & famulorū caterua exuberāt; alij vero esuriunt, & quotidie fame affliguntur, eosdē etiā ad simoniā pronos facit, qua spiritualia, & diuina, sicut terrena vēdunt, & emunt,
138 prout videtur innuere S. Antoninus in summa, qui immediate post tractatum de auaritia, statim ponit tractatum de simonia, quasi per cōtinuationē dicat, quia propter auaritiā deuenitur ad simoniā, ita habetur, p. 2. tit. 1. c. 4. & seq. vnde à clericis, & personis ecclesiasticis summopere est fugienda auaritia, quę (secundū Alphonsum de Castro in tract. de iusta hæreticorum punitione, lib. 3. c. 1. vers. altera hæresum radix; & secundū Corradū Brunum, *in tract. de hæret. lib. 1. c. 5. n. 22. & seq.* est vna ex
139 præcipuis causis hæresum in ecclesia Dei; ex quo. n. in ecclesijs sicut in Romano Imperio creuit auaritia, perijt lex de sacerdote, & visio de Propheta, ita dixit S. Hieronymus, prout est relatum, *in c. diaconi sunt, §. nunc autem vers. hincq; cogitant propter sacerdotum auaritiā 93. dist.* Ideo pro sedanda tali mala opinione, caueāt clerici ab isto peccato, vt reddant omnino mēdaces eos, qui dicere solēt clericōrū auarissimum genus, prout dixit Socin. sen. cons. 15. num. 18. lib. 1.

Et non solum clerici debent esse casti, & literis ornati, & non auari, vel tenaces, verū etiā debent habere multas alias optimas partes, &
140 qualitates, & Primo debent esse sobrij, & honesti, & à crapula penitus alieni, ne sint de numero illorū, de quibus dicit Apostolus ad Philipp. 3. quod sunt inimici Crucis Christi, propterea quod eorum Deus venter est, à quibus decet nos caueri, vt habetur in cap. a crapula de vit. & honest. cler. c. vinolētū, & c. ante omnia 35. dist. circa quod idem Apost. ad Colossenses scripsit, nemo vos iudicet in cibo aut potu; & ad Ephesios, c. 5. nolite inebriari vino, in quo est luxuria, & Lucæ c. 21. Christus discipulos admonebat dicens, Attendite autem vobis ne forte grauentur cor da vestra

crapula, & ebrietate, quod & sancta mater Ecclesia quotidie admonet in hymno primæ horæ canonicæ, dum dicit carnis terat superbiã, potus, cibique parcitas: immo dũ ponit encomia sanctorũ confessorũ in hinno vesperorum ipsorum dicit sobrius, castus, &c. & ideo Abb. noster Panormitanus, *in d. c. a crapula nu. 2. de vit. & honest. clericorum* dicit, quod clericus assiduè se inebrians peccat mortaliter, *& hoc per tex. notabilem in c. vinum & alias, dist. 35. quem sequuntur Ripa in l. generaliter n. 72. & 73. C. de reuocan. donati. Ant. Scappa in tract. de iure non scripto c. 63. n. 5. lib. 1. Sebast. Medices in summa de peccatis tit. de concord. canon decretaliũ, art. 4. cart. mihi 20. Molcon. in lib. de maiest. militant. eccles. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. idem dicit in capitulo car. mihi 408. Anch. in d. c. a crapula n. 3. Vital. in Clement. 1. vers. eis in vestibus n. 6. de vit. & honest. cler.* qui dicit, ꝙ religiosis excessus cibi, & potus est interdictus, & in *Clem. 1. n. 47. de celebrat. missar.* & dicitur excedere, & sine mensura bibere, qui vltra trinam vicem in prandio, vel cœna bibit, *c. quando 44. dist. Ripa in d. l. generaliter n. 72.* Et propterea in Agatensi Concilio fuit dispositum; vt clericus, de quo constiterit fuisse ebrium, aut triginta dierum spatio a communione submoueatur, aut corporali supplicio subdatur, *ita est relatum in c. fi. 35 dist. Hostien. in summa tit. de tempor. ordinand. §. & cui, vers. pœna autem*, vbi dicit, ꝙ si episcopus presbyter, uel diaconus immoderatæ potioni vini operam dederit, si vtiq; non desistant, deponitur subdiaconus, uel inferior, siue clericus, siue laicus, c. si episcop' 35. dist. & si clericus monitus nõ destiterit a crapulis, & multa vini potione, ab officio & beneficio poterit suspendi: ut in *d. c. crapula de vit. & honest. cler.* & ne clerici crapulis, ac uinis se immergerẽt, est dispositum, in c. non omne, & in c. nulli, & in c. clerici 44. dist. & in c. clerici de vit. & honest. cler. Quod clerici non debent in tabernis comedere, & eas introire, nisi hoc necessitatis causa faciant, ut si essent itinerãtes, uel in partibus externis, & in proprio domo non haberent sufficiẽtem commoditatẽ, *Turrecr. in præcitato, c. clerici, Card. in Clem. 1. q. fin. de vit. & honest. cler. Purpur. conf. 135. n. 10. Rosell. in summa in verb. clericus, il 2. nu. 1. Port. conf. 84. n. 9. Bertach. in suo reper. in uerb. clericus potest ingredi, Io. Franc. Pauin. in tract. de visitat. p. 2. q. 9. n. 58. in 14. tom. tract. diuers. cart. mihi 209.* Nec ualet consuetudo permittens clericos tabernas introhire; & in eis comedere posse, quia hæc esset corruptela, & non consuetudo, licet excuset, Purpur. *conf. præd. 135. nu. 10. lib. 1.* Et ratio est, quia hæc consuetudo esset contra bonos mores, & per consequens inualida, Abb. Panor. *in c cum inter n. 3. de consuet. & in c. irrefragabili, in princ. de offic. ordinar. & in c. quod super n. 4. de consang. & affini. & in c. tua nobis de decim. Ias. in l. more, n. 5. ff. de acq. poss. Vinc. Caroc. dec. 111. n. 23. Benuenut. Stracca in tract. de mercatura in tit. de sponsion. n. 7. cart. mihi 142.* Alia est ratio, quia consuetudo, quæ disponit contra dispositionem iuris canonici, est etiam nulla, & non ualet, *c. cum causam de re iud. Petr. Aug. Morla in emporio vtriusque iuris p. 1. tit. 2. q. 22. n. 8. Mars. in prac. §. quoniam n. 98. Rocc. de Curte in repet. c. fi. n. 53. de consuet. Caroc. d. dec. 111. nu. 12. Petr. Asin. pract. q. q. 5. n. 7. Io. Vasin. conf. 18. n. 7. de electio. & conf. 226. n. 4. de prabend. & dignit.* Et ad hoc ut clericus ex tali excessu possit puniri, debet prius moneri iuxta dispositionem sacri Concilii Tridentini, *c. 6. sess. 21 de reform. & ex nostratibus dicit Franc. Monald. conf. 74. n. 11. lib. 1.* Et non solum non debent comedere in tabernis; sed etiam debent fugere publica conuiuia, Iac. de Graff. *in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 1. n. 7.* & solitam nimis edẽdi cũram, *S. Ant. in summa in 2. p. tit. 6. c. 1. §. 5. & per tot.* ubi dicit, quod cura edendi consistit circa quantitatẽ, qualitatem, strẽnuositatem, auiditatẽ, & importunitatẽ ciborũ; & ideo diues ille, de quo per S. Lucam c. 16. non fuit sepultus in inferno, quia simpliciter edebat; sed quia splendidè epulabat: & rõ cur clerici debent esse sobrij, est, quia nimia perceptio uini, & cibi, luxuriam, & non naturã substẽtat, *& nutrit; ita dicit Prosper. in lib. 2. de vita cõplatiua, c. 22.* iuxta illud S. Pauli ad Ephesos, c. 5. nolite ebriari uino, in quo est luxuria; Ceres nãque, & Bacchus prouocant uenerem, *c. venter, & c. luxuriã 35. dist.* & etiã apud idiotas dr.

Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

ultra quod nimia ciborũ cogitatio maximã animi perturbationẽ generat, *ut dixit gl. in l. 1. in verb. epulis, C. de comnib. Consistorianis, lib. 12 quem refert Ber. in addit. ad tract. de auctor. magni Concilij, n. 3. in verbo cibaria.*

Secundo debent esse parci, & honestã parsimoniã seruare, *c. parsimoniã 41. dist. Gondisalus Villadego in tract. de legat. q. 7. n. 20. in 13. to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 261.* & hoc vt parcè viuendo, Deo Opt. Max. fructificent, dispensando bona sibi superflua pauperibus, iuxta tradita per *Port. conf 34. nu. 3. & 4.* & ideo debent vti honestis vestibus iuxta eorum qualitatẽ, condictionẽ, & dignitatẽ, & nõ fulgidis, pretiosis, ac põposis; vt per decentiã habitus extrinsici morũ intrinsicã honestatẽ ostẽdãt, *iuxta Clemen. 2. de vit. & honest. cler. Petr. Baisius in directorio electionum, p. 2. c. 7. n. 4. in 15. to. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 387. Iac. de Graff. in decis. aur. p. 2. lib. 3. c. 1. n. 6. in fi.* qui dicit, vbi pompa, ibi humilitas non habet locum, *Menoch. conf. 912. n. 23. lib. 10.* qui dicit, quòd clerici

rici non debent vti vestibus sericis, *Rosell. in summa in verb. clericus, il 1. n. 2.* vbi asserit, quod
156 clerici non debent deferre vestes incisas, & lingulatas, scilicet frappatas ad modum ioculatorum, nec varij coloris, *Patian. in tract. cui incumbat onus probandi negatiuam, lib. 2. c. 34. n. 34. 38.* vbi dicit, ꝙ in vestitu clericorum est diligenter attendendum, quid locis, quid tempo
157 ribus, & quid personis conueniat; *Turrecr. omnino videndus in c. 1. per tot. 21. q. 4.* qui multa,
158 & doctè scribit circa vestes clericorum, & dicit, quod est peccatum vti vestibus pōposis, & fulgidis, & in c. seq. n. 1. quod tamen fallit, quando adesset consuetudo in regione, quod clerici vterentur vestibus pretiosis; quia tunc possunt se conformari moribus eorum, inter
159 quos viuunt, Patian. d. nu. 38. est bene verum quòd clerici nobiles debent pretiosioribus vestibus indui, *Alber. in l. 2. C. quæ res vend. non poss. Petr. Gerard. sing. 82. Tiraq. in tract. de nobili, c. 27. n. 10. D. Paris. ī tract. de resign. benef. lib. 5. q.*
160 *6. n. 151.* Et qa oē extremū est vitiosum, ideo sicut nō debēt vti uestib⁹ nimis fulgidis, & pōposis, ita nec ēt nimis uilib⁹, aut sordidis, aut senio exterminaris, & laceratis pp humilitatē q. ex hoc dignitas clericalis uilesceret, *Abb. in c. ut clerici, n. 11. de uit. & hone. cler. Patia. ī trac. cui incumb. onus proband. negat. lib. 2. c. 34 n. 34. & 35. Vitalin. in Clemen. cis in uestibus, n. 5. de statu monachor.* ubi dicit, quòd uestes clericorum debent esse mundæ, *Turrecr. d. c. 1. n. 3. 6. & 7. 21. q. 4.* & hoc ne sub nomine parsimoniæ auaritia tegatur *iuxta tex. in c. sæpe dist. 4.* ubi dicit, quòd vitia plerumq; se esse uirtutes mentiun-
161 tur, sicetiam quando prodigalitas, & effusio uelatur nomine liberalitatis, & largitatis; & crudelitas, ut plurimum ab aliquibus fiscalibus appellatur Zelus iustitiæ; & facilitas, seu lenitas remittendi delicta, pietas, & misericordia a multis nuncupatur, & ideo non debet quis humilitatem, & parsimoniam prætendere ex eo solo, quia vilioribus uestibus contra mores aliorum uestirur, namq; sub talibus uestibus, tàm superbia, quàm parsimonia possunt abscondi, uide Rebuf. p. 3. cart. 17. n. 9. & iuxta illud Euangelicum, cauere ab illis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: In hac enim materia non vsus uestium reprobatur, sed inspicit abusus, scilicet iactantia, & uoluptas; ideo pro conclusione dico, quod clerici in isto casu debēt esse cauti, ne eis succedat id quod apud nos Italos dici solet;

Cascar dalla padella nelle braggie; & apud latinos. *Incidit in Scillam cupiens vitare Caryddim.*

162 Tertio debent esse misericordes, & charitatiui iuxta illud Apostoli *1. ad Corint. c. 8.* quod imperfectum scientiæ suppleat perfectio charitatis; Ideo sunt magis obligati exercere actū charitatis, quàm laici, *Abb. in c. peruenit nu. 1. & c. 1. n. 3. de fideiuss.* ubi dicit, quòd sunt magis obligati ad subueniendum indigentibus, & pauperibus, quàm laici, & quod clerici, & ministri ecclesiæ teneant hospitalitati, & pauperum usibus inuigilare, *est tex. in c. 2. 42. dist. & in c. fratrē 86. dist. & in c. 1. & per tot. 12. q. 1 & in c. quoniam quidquid 16. q. 1. Gl. in extrauag. execrabilis in verbo debita, de præben. & nouissimè hoc est constitutum per Concilium Trid. sess. 25. c. 8 de reform.* quo fit, ut clerici teneantur dispensare tum bona ecclesiæ, cuius sunt prælati, & beneficiales, tum etiam bona propria in usus pios, deductis tamen alimentis, & reparatio-
163 nibus ipsius ecclesiæ; quia debent esse contenti uictu, & uestitu, & nullam debēt habere ꝓprietatem, *c. nulli episcoporum 2. q. 1. not. in c. 1. 12. q. 1.* dum dicunt, ꝙ sunt dispensatores, & usuarij, Decian. *cons. 14. n. 7. lib. 1.* ubi dicit, ꝙ hoc fundatur in dicto Apostoli *1. ad Timoth. c. 6. Archid. & cæteri scribentes, in c. statutū §. assessorē de rescript. in 6. Hiero. Ceual. in speculo pract. q. com. contra com. q. 388. n. 18. Soc. sen. cons. 32. n. 1. & seq. lib. 1. Osasc. dec. 3 i. n. 1. & 2. Oct. Vulpel. in tract. de libert ecclesi. p. 2. n. 24.* & quidquid superest clericis, & prælatis ultra ecclesiæ ne-
164 cessitates, & suum congruum, & honestum uictum, id totum est pauperibus erogandum, *ut not. in c. sic non sunt 32. q. 4. Bald. cons. 120. n. 12 lib. 6.* ubi ulterius, n. 14. dicit quod, quidquid habent clerici, id totum est pauperum, & domus eorum omnibus debet esse communes ꝓ suscipiendis peregrinis, *ut in c. si. 17. q. 1. & voluit etiam Conar. in lib. var. resol. c. 14. vers. vigemus pauperum Bero. in c. ex litteris, n. 5. de probat. Vulpel. in loco proximè citato, Lælius de Zanch. in tract. de priuil. eccl. priuil. 78. n. 8.* Imo beneficia-
165 ti, & prælati erogantes fructus beneficiorum in alios usus, quàm prædictos tenentur ad restitutionem, et peccant mortaliter, *vt latè ex multis examinat, Ripa in tract. de peste, c. 5. a n. 149 ad n. 173. Couar. in c. cū in officijs n. 3. de testamētis Marsil. colūna in tract. de reddit. eccl. c. 21. & seq.*

Et licet non me lateat, ꝙ clericus habens
166 propriū patrimonium, et beneficiū possit reseruare fructus patrimoniales, et uiuere de redditibus; quia qui altari seruit, de altari uiuere dēt, *c. cū secundū de præbendis Abb. in c. postulasti, n. 4. de rescript. & in q. 4. n. 12. Couar. in c. 1. n. 2. de testam. Neuiz. cons. 93. n. 19. Innoc. Hostiens. Abb. & alij in c. episcopus de præbēdis, Vasq. in lib. illustr. q. c. 105 n. 9. Sarmiēt. in trac. de reddit. eccl. p. 1. c. 1. n. 18. Sot. de iust. iur. lib. 10. q. 4. art. 3. in resol. arg. vers. est aūt apud. Nic. de Vbald. in tract. de success. ab intest. in §. seu sectione finita tamē n. 21 car. mihi 538. inter trac. de success. diuers. in folio cū multis alijs, quos more suo cōgerit sapiētissim⁹ Surd. in trac. de alimen. tit. 9. q. 12. n. 10. Rodoa. in trac. de reb. eccl. nō alien. q. 51. c. 21. n. 31. & q. 52. n. 89.*

qui

qui dicit, quod ex fructibus beneficij pōt deducere victum suæ personæ, & familiæ, & fructus proprii patrimonii sibi reseruare, vel dare suis consanguineis *secundum Petrū Cenedū in collect. iuris canon. p. 2. collect. 33. n. 4. ubi multos alios allegat, Iac. de Carolis in gemmato pauone colore 6. n. 15.* Nihilominus tñ secundū S. Thom. quem allegat Fel. *in c. tuas, il 3. n. 1. & 2.* de simonia, arctiori modo ad onera ecclesiastica tenet, &

167 ad succurrendum pauperibus; qui vlterius dicit, quod si talis clericus non reparat ecclesiā ruinam minantē, peccat mortaliter, ēt quod beneficium sit tenue, licet illa tenuitas beneficii alium clericum nō habentē propriū patrimonium excusaret; Sed veh tpibus, & partibus nostris, in quibus multi clerici habent nō tenua, & parua bñficia, verum ēt magna, uel saltim mediocria, & nihilominus ecclesias ipsas non ruinā minantes, sed diruptas non reparant, nec reficiunt, & eas relinquunt, vti speluncas latronum; ita & taliter, quod sunt aliquæ ecclesiæ de quibus solum vestigium appa ret, quòd fuerint ecclesiæ, quæ nihilominus sunt diuites, & magni redditus.

168 Quarto debent esse reales, & veridici, & in suis actibus nullā adhibere fraudē, c. per tuas de donati. *Matth. Brun. cōs. 91. n. 10. Iac. de Graf. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 1. n. 7. vers. octaua ne fraudu*

169 *lenter:* quo fit quod licet contrahentes se decipere possint infra dimidiam iusti pretii, *l. item si pretio §. fi. ff. locat. l. si voluntatem, C. de resc. vend. c. ad nostram de empt. & vend. l. causa fa 2. §. idem Pomp. ff. de minor. l. si hæres, la 1. ff. ad leg. Falc. Couar. in lib. 2. variar. resol. c. 3. n. 1. Messia in pragm. taxæ panis concl. 1. n. 125. Conrad. in tract. de contract. q. 55. Nau. in c. qualitas, n. 45. de penit. dist. 5. & in c. nouit, not. 6. n. 56. de iud. Petr. Aug. Morla, qui alios allegat in empor. vtriusq; iur. p. 1. tit. 9. q. 8. n. 4. Duenas reg. 148 vbi allegat ad hoc multa iura, & authoritates, Ant. de Burg. in c. cū dilecti, n. 15. de empt. & vend. Capra reg. 87. nu. 62. & 63.*

170 *Bomb. conf. 3. n. 20.* Nihilominus hoc fallit in clericis, ac cæteris personis ecclesiasticis, *Gl. in c. ea enim §. hoc ius porrectū in verb. ut plus 10. q. 2. Brun. in prad. conf. 91. n. 10. Tantal. de Crema in repet. l. 2. n. 161. C. de resc. vend. vbi ēt, Ant. Padil. n. 55. Sutr. in c. continebatur, n. 5. de ijs, quæ fiūt a maiori parte c. & in c. in ciuitate, n. 9. vbi ēt Annib. nu. 8. de vsur. Cepoll. in tract. de simulato contract. in 2. præsupt. n. 20.* vbi dicit, hanc opi.* esse cōiter receptam, *& in l. causa huius, n. 12. C. de ędil. edict. Bero. in c. cū dilecti, n. 20. de emp. & vēd. Gomez in §. ex maleficijs, n. 37. inst. de act. Franc.*

171 *Marcus dec. 540. n. 30. lib. 1.* & rō est, quia clerici plusquā laici tenentur ęquitatē seruare, *Tiraq. in tract. de retrac. Lign. §. 1. gl. 13. n. 6.* vbi ad hoc allegat in argm̄ tex. in c. 1 §. sed diuersum in tit. de alienat. feud. in vsib. feud. vbi dr̄, sed diuersum obseruat̄ ī ecclesia, q̄ in priuato, &c. quod ēt dixerunt, *Ias in l. iurisgentiū §. sed cū nul la n. 4. ff. de pact. Surd. dec. 110. n. 11. & conf. 22. ī fi. lib. 1. Meno. conf. 322. n. 52. lib. 4.* Et repugnat

172 bono & Christiano viro proximum suū circūuenire & decipere, *gl. in l. semper in cōuentionib. ff. de reg. iur. Bal. in Auth. ad hæc, nu. 16. C. de vsur. Ias. in §. sed iste, n. 106. Insi it. de act. & in l. pe. n. 5. C. de pact. Ant. de Burg. Hispanus in c. cum dilecti, n. 15. de empt. & uend. Tiraq. in septima lege connubiali, n. 9. ubi multos alios allegat Curt. iun. in l. pęna, n. 8. ff. de pact. Ant. de Padil. in l. 2. n. 57 C. de resc. vend. Pet. Aug. Morla in emporio utriusq; iur. tit. 9. q. 8. n. 12.* vbi prope infinitos allegat non solum Legistas, & Canonistas; verū ēt Theologos, prout est *D. Tho. in 2. 2. q. 77. art. 1. & quolibet. 2. art. 16. in 4. sent. dist. 15. q. 3. art. 2. Sot. de iusti. & iur. lib. 6. q. 3. art. 1. Palat. in prax. Thologor. lib. 2. c. 1. cart. 37. Instructor Nepot. p. 2 c. 54. & 66. Medina de restit. q. 32.* Et ecclesia cū sit vltrix, & autrix iustitiæ non patitur con

173 tra iustitiā aliquid fieri in se, vel in alterum, *Neuiz. conf. 11. n. 11. Surd. dec. 110. n. 11. Zasius in tract. de feud. p. 11. n. 17. Intrig. in eodem tract. de feud. cēt. 1. q. 30. n. 13. & q. 56. n. 224. Cannet. in repet. c. volentes, in §. seu sectione, incipiente, restringitur ēt n. 26. cart. mihi 183.* & vtrūq; sit in foro exteriori, in foro vero aīæ, ita decipiēs infra

174 dimidiū spectat ad restōnem iusti pretij, vt dicunt multi, quos cōgerit Morla *in loco supra allegato n. 11. & seq.* & vltra ibi allegatos, *idē dixerunt Ant. de Burg. Hispanus in c. cū dilecti, n. 23 de empt. & vend. Hond. qui etiam alios allegat conf. 31. n. 39. lib. 1. Bero. conf. 168. n. 5. & 30. lib. 1.*

175 Quinto rebus tpalibus se immiscere nō debent, *c. 1. 2. & per tot. 21. q. 1. toto tit. ne clerici, uel monachi, Concil. Trid. sess. 22. de refor. c. 1.* & sic nō debēt habere curā de mundanis, nisi quaten⁹ sunt necessaria ad corporalē uictū, *c. si quis obie cerit 1. q. 1. Do. & Præceptor meus in studio Rom. Flam. Paris. meritissimus olim Episc. Bitont. in suo tract. de confident. benef. q. 9. n. 36. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 1. n. 5. & seq.* vbi late congerit, q̄ clericus fugere habeat, ideo pro quærēdo victu poterit aliquam honestam artē exercere, de qua materiam dicam latius infra e. sect. 6. per totum, & præcipue nu. 28.

176 Sexto clerici debent esse honesti, vitā, & mores componentes habitu, incessu, visu, & sermone ita, & taliter; ut à planta pedis vsque ad verticē capitis in oibus sui corporis membris honestatem ostendant; & nil nisi graue, moderatum, ac religione plenum præseferant *Io. Roxas in epitom. success. c. 27. n. 14. in 8. to. tract. di uers. cart. mihi 421.* & esse tales, vt mente, habi

177 tu, et conuersatione sæcularibus placeant, & nihil agere quod eorum offendat aspectum, *c. præcipimus 21. q. 4. vbi Turrecr. nu. 1.* & ut di-

xit

xit concilium Magontinum c. 74. vitam viuant,quam professio eorũ exigit, & vt eorum actiones cunctis afferrent venerationẽ: Nam clericus,& pastor est irreprehensibilis, exemplo vitæ suæ suos minores ad facta sua,& actiones imitandas commouet, vt dixit Sanctus Clemens Papa *in lib.2.Apost.constitut. c. 6. & nouissimè tradidit Tridentina Sinodus sess.2.2.de reformat.c.1.in princ.& sess.25.c.14.ibi Populusque hinc eos magis discat reuereri,quo illos vita honestiores cognouerit, Sotus de iust. & iur. lib. 9. q.4.art. 1. vers. ijs autem*, qui dicit, quod sicut clericorũ vita indigna parit ipsorum cõtẽptũ, sic è contrario ipsorũ immaculata, & irreprehensibilis etiam citra alium ornatum honorem a populo trahet; & ecõtra si clerici essent vitæ scandalosæ sequeretur à populo responsũ satis congruũ,videlicet, in quo iudicas alterũ teipsum nõ demnas; iuxta Conciliũ Tridentinum *sess.14.de reformat.in proœm. ibi, qua etiam libertate laicos corripere poterũt sacerdotes,cum tacitè sibi ipsi respondeant,eadem se commisisse , quæ corripiunt*,& Sãctus Gregor.ad propositum dicebat,cuius vita despicitur,restat, vt eius prędicatio contemnatur *c.2. in fin.3.q.7. & in c. vna tantum,vers.quomodo 26.distinct.dicitur,qui prædicas non iurãdum,iuraris*,& aliàs idem Sanctus Gregorius *in 16.lib.moralium satis ad propositum dixit*, aliquando sancti ẽt coram hominibus cõpelluntur ẽt bona facere, aut etiã hominibus sua facta narrare, sed ad eum finẽ oĩa referunt,vt non ipsi ex eisdẽ operibus, sed Deus glorificetur Dum enim facta prędicant, ipsa eorũ prædicatio fortasse despicitur, quorum vita nescitur;compelluntur igitur vitam suã dicere, vt auditorum suorum valeant vitã mutare, & facta sua referant, & venerari appetunt,vt riuerentur audiantur, scriptũ quippe est, cum eleuarentur animalia , eleuabãtur simul & rotæ, quia videlicet cum auditorum mentes prędicantium vitã conspiciunt necessario, & in prædicatione admirantur. Hinc est quod prædicatores boni,& honorẽ propter elationẽ fugiunt,& honorari propter imitationem volunt; sed quid nam dicere habẽt laici cum videtint clericos in omnibus vitijs immersos, (loquẽdo de hijs qui tales sunt) in omnibus erroribus implicatos,in delitijs inuolutos,voluptaribus deditos,ad cupiditates & ambitiones vltra modum pronos? Cũ viderit clericum viuere vti Sardonapalum, luxuriare,vti Diogenẽ, magis lasciuũ, quã Heleogabalus,magis vitiosus)quàm Cõmodus; Parũ aut nihil curare de diuino honore,deuotionem prætermictere, offitiũ diuinũ non recitare, mandata superiorum non obseruare, & dissolutionibus in totũ se subijcere; Quid nã boni poterunt edifcere laici ex tali mala,& in ordinata clericorũ vita? Ideo pro obuiãdis tot tantisq; malis, quæ ex eorũ malis exẽplis oriri possent, clerici non solũ debent se abstinere ab ijs,quæ secũdũ se sunt mala, verũ etiã ab ijs quæ habent speciẽ mali; *Turrecrem. in c.*

178 *canonum:n.11.14.q.3.* & propterea in concilio Agatensi *canon. 39. prout est relatum in c. penul. 34.distinct.* fuit dispositũ,vt præsbiteri,Diaconi,Subdiaconi, vel alij qui sunt prohibiti vxorem ducere,nõ interueniãt in conuiuijs,ne in ijs cætibus misceantur, vbi amatoria cantantur;& turpia, aut obsceni motus corporũ choreis,& saltationibus efferũtur,ne auditus,aut visus factis ministerijs deputati turpiũ spectaculorũ,& verborũ contagio polluantur,& contaminentur; si enim saltationes,tripudia, & balla in laicis ipsis dãnantur per concilium Laodicẽse,vt in canone 53. mirũ nõ est si horũ aspectũ clericis interdicat, in canon. seq. prout est relatũ *in c.non oportet il secondo de consecrat.distinct.5.c.præsbiteri 34.distinct.* vbi clerici prohibentur interesse spectaculis, & ludis

179 hastilibus *Ancher.in c.cum decorem de vit.& honest.cler.* vbi dicit quod nõ solũ clerici nõ debent interesse talibus ludis, verũ etiã si ita ludẽtes superuenerint in loco, vbi ipsi clerici reperiũtur, statim debẽt ab eo recedere *Iacob.de Graff.in decis.aur.p.2.lib.3.c. 1.n.6.* de quo interuẽtu spectaculorũ dicã etiã infra suo loco.

180 Septimo clerici non debẽt esse loquaces, & verbosi,vt habetur in ecclesiast. noli verbosũ, esse in multitudine presbyterorũ; & Iacobus Apostolus in epist. c. 1. eos arguẽdo dicit, Si quis autẽ putat se religiosũ esse, non refrenãs linguã suã,sed seducẽs cor suũ , huius vana est

181 religio:& Iob. c. 11. Nunquid qui multa loquitur,nõ audiet,aut vir verbosus iustificabitur? & Dauid Psalmo 139. vir linguosus non dirigetur in terra;& Prouerb.c.10.in multiloquio non deerit peccatũ,qui autẽ moderatur labia sua,prudẽtissimus est;& iterũ c.13. Qui custodit os suũ,custodit animã suã; qui autẽ inconsideratus est ad loquẽdũ, sentiet mala; & c.17.qui moderatur sermones suos,doctus, & prudẽs est, & pretiosi spiritus vir eruditus, & Ecclesiast.c.14.Beatus vir qui nõ est lapsus verbo,ex ore suo,& S.Ambrosius in lib. 1. de offitijs dixit, quã plures vidi loquendo in peccatum incidisse,vix quẽ piam tacendo:ideoq; tacere nosse,quàm loqui difficilius est.Et non solum sacra pagina videtur reprehendere & arguere viros loquaces; verum ẽt & authores profani, vt fuit Apollonius ad familiares , ad quos dixit; loquacitas multos habet errores, tacere autem tutum est: Ex quibus clarè patet quàm sit detestabile hoc vitium in singulis hominibus; ergo multo magis debet esse detestabile apud viros ecclesiasticos, qui debent

bent esse sapientes, & literati; & sapiens prius quã loquitur, multa cõsiderat, quid dicat, cui dicat, & quo loco, & tẽpore, sm Sanctũ Ambrosium in primo officiorũ circa q̃ in c. quoties 22. q. 5. ex D. Hieronymo habetur, quoties enim loquimur, aut non in opportuno tempore, aut non in opportuno loco, aut non vt cõuenit audientibus, toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum, qui audiunt. Consideremus itaque quid loquamur, quia pro oĩ verbo otioso reddituri sumus rationem in die iuditij: & Sãctus Gregorius lib. 6. moralium in fine scriptum reliquit, in omni q̃ dicitur, necesse est, vt cã, tempus, & persona pensentur, si verba sententiæ veritas roborat, si hoc tẽpus congruum pullulat, si veritati sententiæ, & congruitati temporis non repugnat: Et ex nostratibus, quod sit maximũ vitium, clericos esse loquaces, *dixerunt Tiraq. in legibus connubialibus l. 9. n. 39. Gabriel. Sair. in additionibus ad Romanum singulari 796. Guliel. de Benedictis in repet. c. Rainutius in verbo adiecte n. 78. de testam. Dominicus Nanus Mirabellius, & Bartolomeus Amãtius in sua Poliantea in titulis de lingua, & loquacitate,* qui tres vltimi multa circa istũ defectum scribunt, ad quos me remitto; & quod nugacitas in ore Sacerdotũ sit sacrilegiũ dixit *Marc. Ant. Marsilius Columna in tract. de redditibus ecclesiasticis c. 31. n. 5.*

182

Octauo, & vltimo clerici debẽt esse eo modo, & tales prout eos describit Isydor. *in lib. 2. de ecclesiast. offit. c. 2. quod retulit Gratian. in c. his igitur dist. 23.* dũ dicit, his igitur lege patrũ cauetur, vt à vulgari vita seclusi, à mũdi voluptatibus se se abstineant; nõ spectaculis, nõ põpis inter sint; cõuiuia publica fugiãt, priuata nõ tãtũ pudica, sed sobria colãt; vsuris nequaquã incũbant, neque turpiũ occupationes lucrorũ fraudisque cuiusquã studiũ appetant, amorẽ pecuniæ quasi materiã cũctorũ criminum fugiant, & sæcularia offitia, negotiaque abijciant, honoris gradus per ambitiones nõ subeant, pro benefitijs medicinæ Dei, munera nõ accipiãt; dolos, & cõiurationes caueant: odium, æmulationẽ, obtrectationem, atque inuidiã fugiant; non vagis oculis, non effræni linguã, aut petulãti fluidoque gestu incedãt, sed pudorẽ, & verecundiã mentis simplici habitu, incessuque ostẽdant: obscenitatẽ etiã verborũ, sicut, & operũ penitus execrẽtur, viduarũ, & virginum frequentationẽ fugiãt, contubernia extranearũ fẽminarũ nullatenus appetant, castimoniã quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare, studeãt, aut certe vnius matrimonij vinculo federentur; senioribus quoque debitã reuerentiã præbeant, neque vlo iactantiæ studio semetipsos attollãt, postremo doctrinæ lectionibus, psalmis, hymnis, cãticis exercitio iugiter incubant; Tales enim debẽt esse, qui diuinis cultibus se mãcipiando studẽt exhibere, scilicet vt dũ scientiæ operam dant, doctrinæ gratiã populis administrent, & tandem debent esse irrepreheusibiles, & tales prout scribit *Simon Maiol. in tract. de irreg. lib. 5. c. 2. nu. 5.* vbi enumerat singulas corporis partes, & aduertit in quo circa eas possit excedere, & propterea reprehendit.

183

184 Et quia clericatus nõ prouenit à natura, sed extrinsice fit, in dubio nunquam præsumitur *c. præsbyteri 68. dist. & ibi glos. c. legum 2. q. 1. Io. Andr. in c. scienti de regular. Dec. in c. cum a Deo n. 13. de rescr. & in c. si scripturam. n. 47. de fide instrum. Innocent. in c. super his in fin. de accusat. Cauale. decis. 31. n. 602. lib. 2. vbi alios allegat, prout etiã multos alios congerit Tiber. Dec. in suo. tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 117. Claud. Tutius alleg. 17. n. 1. qui prout proxime relati alios adducit Alphons. Aluar. in sp. cul. pontif. iuris c. 35. vers. & notabis cart. mihi 98. Calder. cons. 12. n. 2. in tit. de iudit. Corasius in tract. de benefit. c. 1. n. 4. in 15. tom. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 292. Menoch. qui multos alios alleg. in tract. de præsump. p. 2. lib. 2. præsump. 76. n. 1. & cons. 912. n. 3. lib. 10. Brunorus a Sole in compendio resolutorio propositionum iuris in verb. clericus non præsumitur, & in sua q. 38. n. 10. Vrsil. in adnotat. ad Affl. dec. 297. n. 5. Mascar. in tract. de probat. conclu. 302. n. 13. qui etiam alios allegat. Hercul. in tract. de negot. n. 92. Gomes super reg. cãcellar. in tit. de annal. possess. q. 58. Alber. in l. non videtur n. 11. ff. de regul. iur. Crauett. cons. 72. n. 2. vol. 1. Dec. in c. cum a Deo n. 13. de rescript. Cassan. cons. 44. n. 13. Crauett. cons. 72. n. 2. Io. Vrsmen. cõs. 297. n. 2.*

185 sic ẽt in simili dicimus, quod in dubio quis non præsumitur doctor; ideo qui se fundat in doctoratu, debet hoc probare tanquã fundamentum suæ intentionis; *l. Diuus ff. de milit. testam. Menoch. cons. 301. nu. 6. lib. 4. & in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. nu. 2. Mascard. in tract. de prob. concl. 527. quasi per totam;*

186 Ita ẽt in notariatu, qui non præsumitur; nisi probetur, *Innoc. in c. cum P. Tabellio de fide instrum. Bertacch. in repert. in verb. notarius a quo creatur vers. 4. Roland. a Valle cons. 57. n. 30. lib. 2. Mascard. in d. tract. de probat. concl. 193. nu. 8.*

187 Et pari modo quis in dubio non præsumitur miles, & ita se asserens id probare habet, *l. 1. C. de appar. magist. milit. lib. 12. Aufrer. in addit. ad Cappel. Tholos. dec. 141. Mascard. in tract. prædicto. concl. 1054. n. 1.*

188 Nec non etiã quis nõ præsumitur nobilis, *Bald. in l. nõ ignorat C. qui accus. nõ poss. & in c. 1. §. si rusticus de pace tenẽda, & ibi Affl. n. 6. Rip. resp. 183. in tit. de diuers. rescrip. Cassan. cõs. 64. n. 11. vers. ad secũdũ, & super cõsuet. Burgund. rub. 4. §. 19. nu. 5. & seq. Tiraq. in tract. de nobil. c. 10. num. 3. & seq. Roland. a Valle cons. 67. nu. 27. lib.*

lib.2.Soc.sen.cons.245.n.2.lib.2.Mascar.in præcitato tract.de prob. concl.1090.n.1.Menoc.in trac. de præsum.lib.6.psum.60.n.1.Bimius cons. 109.n. 22.li.2.Fab.de Ann.cons.8.n.j.Carpa.sup stat.Mediol.p.1.c.414.n.57.Feder.Prugm. Vltram. cons. 50.n.594.lib.1. Natta cōs.637.n.2.lib.3. Carol. Iallong. noster Siculus in raccmationibus iuris racematione 75.nu.1.

189 Et horum oium ea est rō, quia qui dicit se qualificatum debet talē qualitatē probare, *l. non ignorat & ibi Bal. & alij C.de iis, qui accus. non poss. Patia.in tract.cui incũbat onus proban.neg. lib. 2.c.34.n.11. & seq. vbi ad hoc adducit alias rōnes, Alc.cōs.154.n.7.lib.5.& cōs.14.n.17.lib.7.Surd. cons.138.n.1.lib.1.Rol.a Valle cons.3.n.43.lib.1. Menoc.cons.74.n.15.li.1.Marc.Mantua.cons.173 n.13.& cōs.249.n.5.Rim.iun.cons.10.n.44.lib.1 Bimius cons.174.n.1.lib.2*

190 Fallit primo pdicta conclusio, q clericatus in dubio nō præsumit; vt non pcedat, qn quis reperiret in quasi possessione clericatus per lōgā, ac diurnā delationē habitus; quia tunc deferens habitū præsumit clericus, *Dec.in c si scriptura,n.48.de fide instr.Soc.in c.peruenit n.89. de sent. excom.Ant.Gabr.in suis concl. in tit. de præsum.concl.1.n.36.Patia.in d.tract.cui incumb.onus proba.nega.li.2.c.34.n.60. D.Flam.Paris.in trac. de resign.benefi.lib.6.q.4.n.45. Crauet. in tract. de antiq.tēp.p.3.n.31. Masuell.in addit. ad Capyc. dec. 161.n.5.Mascar.in tract.de prob. concl.304. n.1.* vbi nō solum dicit, q per longā delationē habitus præsumit, verū ēt pbatur clericatus; de quo dicā infra loco suo, & testes ad probandā istā anrequā possessionē clericatus quomodo deponere habēt, ponit *Mascar.d.concl.304.n.2*

191 Fallit secūdo qñ quis reperiret in possessione beneficij tanquā clericus, quia ēt isto casu psumitur clericus, *Rot. Rom.dec.13.in tit.de proba.in antiq.Bellam.dec.611.& dec.612.Gemi.cōs. 91.Ber.dec.171.n.13.quos oēs allegat Mascar. in tract.de proba.concl.302.n.16.& vltra pdictos idē dixit Menoc.in tract. de præsum.lib.6. præsum. 76. n.19.qui allegat Spec.in tit.de præsump. §.1. in fi. Hostien.& Abb.in c.illud de psump. Bald.in l. siue possidetis in 4.opposit. C. de prob. Lap. allegat. 89. Bellam.dec.645. Barb.cōs.26.col.4.lib.2.Abb. in c.sicut,ubi ēt Fel.n.20. de re iud. eundem Fely. in c. super hos num.18. de accus.& cons.2.nu.28.Alex. cons.184.nu.7.lib.7.Dec.in c.1.n.17.de fide instr. & cons.118. num.2.*

192 Fallit tertio qñ per aliquod tps, vel annos inseruijsset ecclesię vti cleric⁹, & ibi exerceret officiū ptinens ad clericū, qa talis in dubio psumit clericus, *Anch.cōs.117.Rot.Rom.dec.10. in tit.de rerum permut.in antiq.Fel. in c. illud n.5. de præsum.Alex.cons.219. n.25.in fi.lib.6.Claud. Tutius allegat.14.nu.4.*

193 Et sic præter in prædictis Fallentijs sequit, quod negatiua clericatus dr eo ipso pbata, qd contrariū non probat; quia quilibet nascit laicus, & in dubio laicus psumit, *Cald.cons.12.n.2 in tit.de iud.Bal.in c.fi.n.4.de psum.Rip.in c.2.n.4 de iud.idē Bal.in l.in action.§.plane n.4.ff.de in lit. iur.in.Crau.cons.72.n.2.lib.1. Patia.in tract.cui incumb.onus prob.negat.lib.2.c.34.n.72.Brun.a Sole q.38.n.11.* Et ideo excipiens, quod actor non

194 est clericus, nihil ex parte sua pbare tenet, sed is, cui excipitur, debet hoc probare, *cap.legum, 2.q.1. cap. duæ, de cler.Peregrin. cap. si iudex vbi gl.in verb.fecerit, de sentent. excomm.in l.6.glos. in l.si qua per calumniam, C. de episc. & cler. Bal. in d. l. in actionib.§. plane, num.4. ff. de in lit. iurand. & in l. non ignorat nu. 7. vers. hoc ergo præsupposito, C.qui accus. non poss.& in c. fin. num. 4. de præsumpt. & in l. 2. nume. 80. C. de seruit. & aqua. Cyn.in l.1.in fine, C. vbi causa status, Innocent. in cap. super his colum. penul.ver. sed quid dices, de accusat. vbi etiam Felyn. num. 17. Zabarell. cons. 13. num. 2. Abb. Panormit. in capit. fi.nu.7.vbi etiam Fel.nu.1.de præsumpt.idem Panor. in cap.bonæ memoriæ, il primo, nu.14. de elect. Dec.cons.125.nu.6.Ripa. in cap.2.nu.4. de iudit. Crauett.consil.72.num.2.& cons.134.num.40.lib. 1.Cassan.cons.44.num.13.Alciat.in tract.de præsumpt. regul.2. Boer. decis.171. num.11.Gramm. decis.81. quos omnes allegat Iulius Patianus, in tract. cui incumbat onus proband. negat. lib.1. cap. 51.num.76.& lib.2.cap.34.num.9.* Et e conuerso actor agens, vti clericus tenetur ex parte sua

195 clericatum probare, *Cardin.in repet.cap.perpendimus, col.6.de senten. excomm. Dec.in c.cum a Deo de rescript.Egid.Bellamer.dec.114.Ias.cons.120. vol.4.Roland. a Valle, cons.32 num.5. lib.2. Brun. a Sole in compend. resolut. proposit. iuris in verb. clericus non præsumitur & q. 38. num.10. Cassan. super consuet.Burg.rub.1.§.6.n.13.car.mihi 273.* quæ duæ proximè conclusiones limitantur,

196 quando is talis reperiretur in quasi possessione clericatus, vt dixi paulo ante, & voluerunt *Cassan. loco proximè citato Mascard. conclus.304. nu. 3. & Mœdan.decis.21.*

197 Clericatus vero probatur diuersimode, & primo probatur per literas testimoniales, seu dimissoriales episcopi attestantis se contulisse

198 ordines illi, qui clericum se esse dicit, *Abb.in c. 1.num.3.de cler.peregr.Fely. in cap.post cessionem, nu.3.& 15.de prob. Cassan. prædicto, §.6. nu.14. eadem carta, Gramm. decis.81.nu.1.Roland.a Valle cons.4.n.5.lib.1.Patian.in d.tract.cui incumb. onus proban.negat.lib.2.c.34.n.71.Couar.in lib. pract. q.c.33.n.3.Mascar.in tract.de prob.concl.305.nu. 1.Foller.super consti.regni in tit. de appos.c.appostantes,n.6.car.mihi 100.Iac.de Graff.in dec.aur. p.1.lib.4.c.18.n.155.Decia.in tract.crim.p.1.lib. 4.c.9.n.26.vbi asserit hanc probationē dici euidentē, Surd.cons.396.n.13.lib.3.Marcel.Cala in tract.*

de modo art.& proban.§.2.gl.vnica,n.687. Secus si hoc non attestaretur prælatus,sed alius nomine prælati,quia tunc eius litteræ non probarent clericatum,Crauett.*conf.134.n.41.lib.1.* vbi loquitur in vicario attestante, quod in libro in quo erat solitum describi oẽs ordinationes, reperiebatur scriptum,quod quidam fuit tonsuratus, & concludit quod ex hoc non ꝓbatur clericatus siue tonsura; Quæ quidem literę Episcopales ad hoc vt probent clericatũ debẽt esse obsignatæ, & munitæ signo authentico,& ad talia consueto ipsius ordinarii siue Episcopi, & subscriptæ manu testium, *Fely.in cap. post cessionem, num.3. de probat. Mascard. d. conclus.305. num.2.*

199

200 Secundo clericatus plene & perfecte probatur per scripturā de ipso clericatu confectā, *c.legum 2.q.1.c.dua de cler. Peregr. c. si iudex laicus vbi glo.in verb.fecerit in fi.de sent.excom.Tatian.d.tract.cui incumb.onus proband.negat. lib.2. cap.34.num.41.*

201 Tertio clericatus probatur ex confessione partis aduersæ,*Phil. Franc.in c.1.col.4.de eo,qui mitt. in poss.in 6. Rota Rom.dec.433. in antiq. Crauett.conf.93.nu.4.lib.1. Mil. in suo reper. in verb. probari non potest titulus,& in verb.possessor recuper. Tatian.d.c.34.n.66.Masc.in præcit.concl.305 n.6.* Quod tamen procedit,quando essemus in

202 possessorio , quia tunc ad colorandam possessionem,confessio rei facta de clericatu actoris prodest ipsi actori,secus in petitorio , in quo quis ageret ad beneficium,quia cum pars non posset facere de non clerico clericũ,sed ad hoc requiritur canonica promotio,sequitur vt tũc confessio partis aduersæ non probet clericatũ *Gemin.in c.1.n.6.de eo qui mitt.in poss.in 6. vbi et Philip.Franc.col.fi. vers.& aduerte,Crauet.d.cõs. 93 n.4.lib.1.Tatian. eodem c.34.n.67.Masc.præcitat.concl.305.n.7.& 8.Rot.Rom.dec.408. in nouis,Bellamer.dec.183.Cappel.Thol. dec.423.Fely. in c.olim nu.10. vers.limita secundo, de rescriptis.*

Quod vltimum intelligas quando actor in possessorio vellet ex toto fundare titulum sui clericatus ex confessione rei,secus si non totũ vellet hoc fundare,sed solum vellet coadiuuare dubiam probationẽ de suo titulo factã: tũc enim legitimè posset se adiuuare ex confessione rei,& hoc etiam super titulo beneficii, *Glo. in c.duobus in ver.si non appareat de rescr.in 6.vbi Gemi.n.7.idem Gemin.in d.c.1.n.6.de eo, qui mittitur in poss. & ibi etiam, Franc.col.fi. vers.secundo limita, idem Gemi.conf.38.n.3. Barbat. noster Siculus in c.tua,col.10. vt lit. non contest. Fely. in c. olim n.9.& 10.de rescr.Cranet.d.conf.93.n.4.& 6 Mascar.eadem concl. 305.n.10. Tatian. in pluries citato tract.cui incumbat onus proban.negat. lib. 2. c.34.n.68.* Iterum intelligas,vt non stetur cõfessioni partis aduersæ super titulo clericatus quo ad ipsum titulũ fundãdũ, secus quoad ꝓiudiciũ ipsius cõfitentis,& ad imponẽdũ ipsi silentiũ,*Cranet.d.conf.93. nu.5.lib.1. Gemin. & Franc.in locis proxime allegatis in c.fi.Tattan. eodẽ c.34.n.69. Rot.Rom dec.245.aliàs dec.44. in tit. de testib.in antiq.Masc.concl.prædicta n.9.*

203 Quarto clericatus probatˊ per indicia,& argumenta cap.inter quatuor vbi Gl. *in ver. per argumẽta de cler.Pereg.Boer.dec.171.n.25. Masc. in tract.de prob.d.cõcl.305.n.5.Masull.in addit.ad Capyc.dec.161.n.8.Cæsar Bartius in Rota Bononi. dec.3.n.13.Tatian.d.c.34.nu.70*

204 Quinto probatˊ cõi opinione, & reputatione,vt si quis tanq̃ clericus ab oibus fuerit cõiter habitus & reputatus,dũmodo talis opinio sit diurna,& non recens, *Innoc.in c. innotuit de eo, qui mitt.in poss.Doctor.in c.si.9.q.2. Gemi. cõs. 91.Rot.Rom.dec.264. in antiq. Gabr.conf.181.n. 15.lib.2. Moedan.dec.21.n.3.in tit.de renunc. car. mihi 27. Cæsar Bartius d.dec.3.n.15.* vbi dicit,ꝙ ita est receptũ & obseruatũ in palatijs. Quod tñ limitat,qñ aliqua rõ aliud suaderet, vt si qs fuerit illegitime natus,vel penitus illiteratus, *Accoramb.dec.21.lib.1.Gabr. cons. ꝓdicto n.1.* & rõ limitationis est,qa tunc cõtra istos tales vrget vehemens pñumptio,*Bisegn.dec.2. in tit. de probat.Papazo in add.ad Rot.Rom.dec.2.n.13.de filijs presbyter.Mascar.in præcit.concl.305.n.14.*

205 Sexto clericatus probatˊ per famã cõcurrẽtibus aliqbus aliis adminiculis, uel cõiecturis, *Papazo eod.n.13. Masc.ead. concl.305.n.11.& seq.*quod posset exemplificari in eo, qui per multum tempus in seruitiis alicui prælato.

206 Septimo probatur per testes, qui actui clericãdi interfuerũt, si literæ clericatˀ sũt amissæ, *c.2. & c.3.de cler. Pereg Alex.conf.107.nu.7. vol.7.Bal.in c.licet,il 1.n.4.vers. ista gl. de testib. vbi et,Fel.in fi.Guid.Pap.dec.474.Scribunt. in l.si qua p calumniam,C.de episc.& cler. Bertac.in suo reper.in verb.cler.cui an pbet, Affl. super const.apostatantes,n.12.lib. .rat. .de Apost. ubi et Foller. n.6.car.mihi 100.idẽ Foller.super ĩsdẽ cõstit.in tit. de episc.& cler.c.i ẽ si aliquis citatus n 14.car.mihi 81.Carau.sup ritu M.C.V.ritu 235.n.21.& ritu 275.n.18.Masc.in tract.de 1b.cõcl.303.n 1.& 11 Boiard.in add.ad Clarũ in §.fi.q.36.n.22. vbi multos alios allegat Aluarez in specul.iuris Põtif.c.35 vers.& tene menti car.mihi 98.in fi. Patia.in tract. cui incũbat onus proban.nega.lib.2.c.34.n.63. qui et alios citat Rol.a Valle cõs.4.n.5.lib.1. Decia.in suo tract.crim.p.1.li.4.c.9.n.111.vers.& talẽ informationẽ,Conar.in lib.pract.q.c.33.n.3. Iac. de Graff.in dec.aur.p.1.lib.4.c.18.n.155.Marf.conf. 11.n.7.Surd.cõs.396.n.13. lib.3.Grãm.cõs.110. n.3.in ciuil.Marcell.Cala in tract.de modo artic.& probãd.§.2.gl.vnica n.687.* licet cõtrariũ & male tenuerit in eadẽ gl.n.1550.vbi dicit,ꝙ clericatus nõ põt probari ꝑ testes,sed per scripturã

&

& alios allegat; Quæ vltima opinio Marcelli Cala,& aliorum per eum relatorũ possct forsan intelligi quando testes deponerent super collatione ordinum tãtum & simpliciter: prima vero quando testes deponerent super collatione ordinum & vltra allegaretur ammissio litterarum clericatus, prout ita hoc intellexerunt, *Viui.in comm.opin. opin.974.n.2. & seq. Io. Batt. Baiard.in addit.ad Clarum in d.q.36.n.23*

207

208

Alio modo posset intelligi vt hæc vltima opinio procedat de iure ciuili: prima verò de iure canonico, quia de iure ciuili clericatus non potest probari nisi per scripturam, *ita colligitur in l. si qua per calumniam, C. de epis. & cler. & voluit Mascard.d.concl.303.nu.9.*

209

210 Et aduertendũ quod testes deponentes super probatione clericatus debent assignare rationem sui dicti, etiam non interrogati, quia clericatus est quædã qualitas extrinseca, quæ solo sensu non percipitur; ideo testis debet dicere,& hoc scio, quia vidi talẽ clericali, *Mascar. in tract. prædicto concl.1369.n.31. & 32.* secus si redderent rationem sui dicti qa viderunt talẽ exercere offitia ad clericos spectantia,& etiam missas celebrare, qa nisi celebratio sit diurna, talis ratio nõ esset sufficiens, & per consequẽs non probarent *Crauett.cons.134.n.42. lib.1. allegat notata per Doctores in cap. illud de præsumpt. Paul. de Castro cons.202.col.2.lib.1. Deci. cons.135.col.1. & cons.152.col.penul. post medium.*

211 Quæ conclusio, quod clericatus probetur p testes, ampliatur, vt possit probari ẽt per vnicum testem *Bal. & Fel.in cap. licet vniuersis, in fi.de testib. Purpur.in l.1.n.551. ff.de offi. eius Afflict. super constit. apostatantes, nu.12. lib.1. rub.3. Marsil.in l.1.§.idem Cornelio nu.4. ff.de quæst. Anna sing.408. Boer.dec.127. Tho. Zerola in praxi episcop. in verb.clericus,§.3.in fi. Mascar.d.conclus.303.nu.3. Petr. Rebbuff. in tract. de nominatione in 14.q.princ.nu.54.in 15.to.tract. diuers.p.2.cart.mihi 320. Masull. in addit. ad Capyc. decis.161.n.2.& 8. Crauet.cons.616.nu.18. lib.4. & cons.613.nu.13.eod.lib. Arnon.comment.118. Io. Batt. Baiard.in addit.ad Clarum q.36.num.23. vbi alios allegat Couarr.in lib. pract.quæst.c.33.nu.3. Gramm.cons.110.nu.5.in ciuil. Marcell. Cala in d. tract.de modo articul.& proband. §.2. glos. vnica, n.106.& 687.* & hæc ampliatio subampliatur,

212 vt procedat tàm in probando primam tonsuram, quàm cæteros ordines sacros, *Gabriel in suis conclus. in tit. de testib.concl.1.nu.16. Ias.cõs. 77.nu.4. lib.3. & cons.120.nu.2.vol.4. Patian. in d.tract. cui incumbat onus proband.negat. lib.2. cap.34.nu.65.* & ratio cur clericatus probetur vnico teste, est quia est actus, qui inspecta eius natura, nemini præiudicium infert, *ita Patia. tract.prædicto c.64. vbi ad hoc citat Bald. in c.licet nu.4. vers. ista gl. de testib.& ibi etiam Fely. in fin. eundem Fel.in c. Albericus col.fi. vers.& quod tale præiudicium sit modicum de testib. Pet. Gerard.sing. 49. Ias.in locis paulo ante citatis Boer.dec.171. nu.24. Gabr.d.concl.1.n.68.*

213 Limitatur modo conclusio paulo ante ampliata, quando is qui probare intendit clericatum per vnicũ testem, pateretur defectum natalium, *Petr. Gerard.d.sing.49.n.3. Ias. in repet.l.admonendi n.198. de iure iur.& in l.rescripto n.7.de precib. Imperat.offerend. Mars.in l.1.§.idẽ Cornelio n.7.ff.de qõ. Fel.in c. licet vniuersis, in vltimis verbis, de testib. Cassan. super consuet. Burg. rub.1.§.5.n.7.fol.72. Guido Papa dec.474. Ias.d. cons.120.in prin.vol.4. Rebuff. in tract. de nomin. q.14.n.52. quos omnes congerit Mascard.d.concl. 303. num.3.*

214 Limitatur secundo, quando probatio clericatus alicui præiudicium inferret, utquia ageretur de excludendo, vel obtinendo beneficium ab alio obtentum; quia tũc requiritur plena & perfecta probatio ad minus per duos testes, *Pet. Rebbuff. in tract. de nominat. q.14.n.54 in 15.tom.tract.diuers.p.2.car.mihi 320. Io. Batt. Ferrett. cons.386.n.5. & 11.lib.2. Mascar.d.concl.303.n.5. Masull.in addit. ad Capyc. decis.161. nu.8. Baiard. in addit. ad Iulium Clarum in §.fin. quæst.36.nu.23.*

215 Limitatur tertio, vt non sufficiat probare clericatum per vnum testẽ quo ad consequendam remissionem ad forum ecclesiasticũ, sed tunc ad minus requiruntur duo testes, *Couar. in lib. pract. qõ.c.33.n.3. vbi alios allegat,* & dicit, ꝙ tunc tractatur de maximo præiudicio, *Foller. super const. Regni in tit. de Apostatis in constõne incipiente, apostatantes, n.6.car. mihi 100. Gomes. super regul. Cancellar. tit. de annali possessore, q.36.n.5. Baiard.d.n.23. Iac. de Graff. in dec. aur. p.1.lib.4.c.18.n.155. Masull. præd.n.8.* & licet

216 probatio clericatus facta per vnicum testem non sufficiat ad consequẽdã remissionẽ apud Iudicem ecclesiasticum operatur tamen, vt interim iudex laicus debeat supersedere, nec procedere ad vlteriora contra clericum, *ita Couar. Foller. & Graff. in locis iam citatis.*

217 Secundo ampliatur dicta conclusio, quod clericatus probetur per testes, ut possit probari etiam testibus singularibus, *Ang. in l. 2. ff. quemadm. testam.aper. Bertach.in rep.in verbo clericus an probet Gramm. cons.110.nu.4. in ciuil. Baiard. præcitato n.23. Marcell. Cala in tract. de modo articul.& probandi §.2. gl. vnica n.687. Iacob. Emilianus cons.17.num.5. Matt. de iurisdict par.2. cap.31. num.1.*

218 Octaua probatur clericatus per assertionẽ Cardinalis attestantis, quem esse clericum, *Bald.in prohem. decret. in princ. n.23. Archidiac. in cap. nihilominus 90.distinct. Mascar. in tract. de probat.concl.305.nu.15.* quod tamen non puto

D 2 ve-

verum, nisi dicamus quod ex tali assertione præsumptiue probetur clericatus, ita vt transfetat onus probandi contrarium in aduersarium per ea, quæ dicam hic inferius.

Iuxta proxime dicta, quæro vtrum clericatus probetur per verba enuntiatiua Pōtificis, 219 vel prælati in aliqua bulla nominantis talem clericum, vt si alicui commendaretur beneficium tanquam clerico; & dico quod non ita *Petr. de Anchar. in cap. si iudex laicus de senten. excomm. in 6. Philippus Franc. in d. c. si iudex laicus in §. non sic, Io. Andr. in Mercurial. in reg. nō licet in 6. Affl. super constit. apostatantes, n. 12. in tit. de apostatis lib. 1. rub. 3. Alex. in l. si prius n. 38 de nou. oper. nuntia. Bal. & communiter scribentes in l. si qua per calumniam C. de episc. & cler. Gram. dec. 8. nu. 4. Mascar. d. concl. 305. nu. 4. vbi testatur de comm.* * *opin. Abb. Panor. in c. dudum nu. 7. de probat. Io. Batt. Marchesan. in tract. de commiss. p. 1. c. 14. n. 60. cart. mihi 151. Alphons. Alnarez in specul. iuris pontificij c. 35. vers. & tene menti cart. mihi 98. in fi.* & licet hæc opinio sit verissima, 220 nihilominus huiusmodi nominatio siue assertio inducit talem præsumptionem pro nominato, quæ transfert onus probandi contrariū in aduersarium, *ita Ferret. cons. 386. nu. 1. lib. 2. vbi allegat Lupum alleg. 3. n. 1. Io. Andr. in regula non licet de regul. iur. in 6. Fel. in c. a nobis, col. 3. de testib. & in c. nonnulli §. sunt & alij in 5. & 6. col. in 4. ampliat. de rescript. & vltra eos idem dixerat Feln. Patian. in pluries citato tract. cui incumbat onus probaud. negat. lib. 2. c. 34. nu. 18. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 13. vbi alios allegat Cæsar Barti. in Roto Bononien. dec. 3. n. 12. Mart. d. c. 31. n. 7. Prosper. Carou. super ritu M. C. V. ritu 135 nu. 20.* Item prædicta nominatio producit alium effectum, hoc est, vt per eam clericus captus per iudicem laicum debeat remitti ad iudicem ecclesiasticum absque alia probatio- 221 ne, & ita practicatur in Regno, in quo clericus captus ostendens simplicem collationem beneficij sibi factam vti clerico, remittitur statim ad suum ordinarium, cui debet remitti, *Io. Andr. in d. regula non licet de reg. iur. in 6. Fely. in d. c. non nulli, §. sunt & alij col. 5. in 4. ampl. de rescript. Ferrett. cons. 397. nu. 19. lib. 2. Gramm. dec. 81. n. 4. Masull. in add. ad Capyc. dec. 161. n. 8*

Quos duos effectus intelligas procedere qñ 222 clericus vltra nominationem ad omnibus vti clericus reputabatur vti laicus, quia tunc simplex nominatio non produceret hos effectus, *Prosper Carouit. d. ritu 135. nu. 20.* & hoc procedit propter præsumptionem, quæ oritur ex tali communi opinione, & existimatione, & quia potest esse quod quis per subreptionem impetrasset beneficium vti clericus, cum non esset talis; Nec ommictam dicere quod talis 223 nominatio sola non est sufficiens, quando ita nominatus vellet vendicare beneficiū ab alijs possessum, *Io. Andr. in d. regula non licet de regul. iur. in 6. Petr. de Anch. & Franc. in c. si iudex laicus de sent. excomm. in 6. Boer. dec. 171. n. 12. Mascar. in tract. de probat. concl. 304. n. 22*

Et licet iste processus compilatus a iudice 240 laico cōtra clericum sit ipso iure nullus, nihilominus secus est in processu a iudice ecclesiastico compilato contra laicum, quia erit validus, ex quo iudex ecclesiasticus non est penitus incompetēs in laicū prout est iudex laicus in clericum, *Doctores in cap. at si clerici de iudit. Ferdinand. Vasques in lib. controuers. Illustri. c. 21. Franc. Capiblanc. in tract. de iure, & author. baron. pragm. 8. p. 2. nu. 9.*

241 Ampliatur trigesimoseptimo prædictus primus effectus quod iudex laicus sit incōpetens cōtra clericū, vt in tantū sit verus, quod confessio facta per clericū corā iudice laico sit ipso iure nulla, & sibi nō præiudicat quo ad iudicē sæcularē ita vt ex ea non possit aliquid agi corā iudice ecclesiastico, *c. at si clerici vbi Abb. & Barbat. n. 73. & cæteri scribentes de iudit. Alex. cons. 13. vol. 1. & cons. 19. col. 4. vol. 4. Fider. de Senis cons. 135. Alber. in tract. de statut. lib. 4. q. 29. n. 1. Gigans cons. 107. n. 4. & 5. Decia. in tract. cri. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 64. vbi dicit quod hæc est conclusio est, verissima Anastasius Germ. in tract. de sacror. imm. lib. 3. c. 15. n. 2. Asin. in pract. exeq. §. 14. c. 1. n. 7. & in tract. de exequut. §. 6. q. 29. n. 3. Gemini. cons. 142. n. 2. Mars. in tract. de bannit. in verb. iudice n. 191. Bart. in l. magistratibus n. 4. ff. de iurisd. omni. iud. Velascus decis. 65. n. 5. Grammat. cons. 42. n. 2. in crim. Angel. de Castro, & Io. Batt. de Rosellis cons. 94. n. 34. inter cons. crim. diuers. lib. 2.* qui dicunt, q̄ est omnino nulla, *Farin. in tract. crim. q. 81. c. 6. n. 188. in 3. tomo,* vbi hāc ampliationem ponit pro regula, & ꝑ ea prope infinitos congerit *Purpur. in l. is apud quem n. 81. versic. quinto limitetis C. de edendo.*

Subampliatur primo hęc ampliatio vt locū habeat etiā si talis confessio fuisset sæpius repe-242 tita, & ratificata, *Bald. in c. at si clerici n. 1. de iudit. Bossi. in tract. crim. in tit. de confess. nu. 48. in fin. Farinat. d. c. 6. nu. 189.*

243 Subampliatur secundo vt nec valeat in vim confessionis extraiudicialis, *Bero. in c. dilecti filij n. 18. de arb. Velasc. dec. 65. n. 5. q ambo alios allegant,* sed in hoc articulo contraria opinio est * verior, quam tenuerunt, *Mars. in tract. de banni. in verb. iudice nu. 195. & alij per eum allegati Farinat. d. q. 81. c. 6. nu. 106.*

244 Subampliatur tertio, vt nec faciat indiciū ad torturā, *Doctores cōiter in c. at si clerici de iudit. Bal. in l. eos C. de appell. Aug. in l. magistratibus ff. de iurisf. om. iud. Bologni. cons. 8. n. 1. Ruiu. cons. 7. n. 6. in fi. lib. 5. Velasc. eo. n. 5. Affl. omnino videndus super constit. Regni in constit. si dāna nu. 46. rub. 27. de homicid. clandest. lib. 1.* vbi dicit, q̄ hæc sub-245 ampliatio ꝑcedit vbi ipse clericus statim suā confessionem reuocasset, *Suarez in comm. opi. in* * *verb. clericus nu. 131. vbi asserit hanc esse comm.* * *opin. Bero. in c. at si clerici nu. 38. de iudit. vbi alios citat Gigans cons. 105. nu. 4. 5. & per totum multos* * *allegat Farinat. d. q. 81. c. 6. nu. 208.* vbi ēt testatur quod hæc est comm. * opin. contrariam tñ opinionem tenuerunt, *Deci. in c. at si clerici nu. 17. de iudit. & in l. magistratibus nu. 8. ff. de iurisd. omn. iud. vbi etiam Rom. num. 4. vers. sed quod hac confessio, & Angel. num. 5. in fin. & Paul. de*

Cast. post nu. 3. *vers. sed bene potest Alex. post nu.* 5. *& seq. & Ias. nu.* 3. *& seq. Farin. d. c.* 6. *nu.* 206. & 207. vbi multos alios allegat, & pluries testatur de com. opin. *Hieron. de Laurent. in Rot. Auenion. dec.* 138. *n.* 4. *Decian. in tract. crim. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *nu.* 64. vbi asserit hanc esse com. opi. *Tindar. in tract. de testib. p.* 1. *cap.* 6. *nu.* 3. *Mars. sing.* 274.

246 Quæ opiniones hoc modo possunt concordari, vt prima scilicet locum habeat vbi confessio eo à iudice sæculari fuit sponte facta, secunda vero quãdo fuit coacte, & per vim tormentorum extorta, ita colligitur ex traditis per *Bald. in d. c. at si clerici nu.* 2. *vers. licet Innocen. dicat, & vers. & dici, & ibi etiam Aneber. num.* 8. *Fel. nu.* 5. *in fin. & Bero. nu.* 126. *vbi dicit quod hæc est magis comm. opin. idem Archer. in c. per inquisitionem nu.* 3. *in fin. de electi. Clar. in* §. *fi. q.* 21. *nu.* 21. *in fin. vbi etiam dicit hanc esse comm opin. & alios allegat Farinat. eodem c.* 6. *n.* 210. vbi hanc opinionem ponit pro limitatione primæ opinionis, sed reuera hæc est distinctio, & conciliatio harum contrariarium opinionũ. Limitatur tamen hæc vltima opinio quòd confes-

247 sio sponte facta per clericum corã iudice laico fatiat indicium ad torturam nõ procedat qñ fuisset per eundemmet confitentem reuocata cõfessio prius facta, quia si esset reuocata, nec ẽt ad torturam produceret indicium, ita affirmant multi relati per Farinat. *d. c.* 6. *n.* 215. licet re vera contraria opinio sit verior, & cõmunior, quam tenuit idemmet Farinat. *ibidẽ nu.* 216. vbi multos alios congerit, & pluries testatur de comm. opin.

Subampliatur quarto dicta principalis ampliatio, vt idem sit, qñ clericus talem cõfessionem fecisset corã alio iudice ecclesiastico sed

248 incompetenti, quia sine consensu sui episcopi nõ poterit protogare iurisdictionem alterius iudicis, etiam ecclesiastici, *Bero. in d. c. at si clerici nu.* 42. *de iudit. Farina. d. q.* 81. *eod. c.* 6. *n.* 299. vbi dicit quod licet talis confessio plene non probet facit tamen qualem qualem præsumptionem, & indicium, *Boss. in tract. crimin. tit. de confessis num.* 49.

249 Limitat primo hæc ampliatio vt clericus, qui confessus est corã iudice laico possit cogi a suo iudice competenti ad perseuerandum in tali confessionem dumniodo ea sit coniecturis adiuta, *Fel. in c. at si clerici nu.* 5. *vers. secundo allegat Bald. vbi etiam Aret. nu.* 27. *de iudit. & ibidem Deci. nu.* 14. *& seq.* vbi latè scribit de ista conclusione, & dicit quod põt cogi ad persi-

250 stendum in sua confessione per iudicem ecclesiasticum etiam illum torquendo, nisi probetur quod per errorem illam emisit, *Anan. in c. per inquisitionem nu.* 5. *de electi. ubi etiam Abb. nn.* 13. *Iacob. de Bellouis. in sua pract. crim. rub. de caus. crim. nu.* 3. *Farin. d. q.* 8 *t. c.* 6. *nu.* 217. *in fin. Ant. Scappa. in tract. de iure non scripto lib.* 1. *c.* 3. *nu.* 3. quam fallentiam intelligas procedere quando agitur criminaliter secus si ciuiliter, quia tunc non potest cogi in ea persistere, *Io. Battis. Asinius in pract. exequu.* §. 14. *c.* 1. *nu.* 8.

251 Limitatur secundo, vt licet hæc confessio sit nulla, non tamen erit nulla ipso iure, *Boss. in tract. crim. in tit. de confess. n.* 55. *in fin. & nu.* 56. *vbi alios allegat Farinat. præcitato c.* 6. *n.* 205.

252 Limitatur tertio dicta principalis ampliatio quia talis confessio facit adminiculum, & iuuat, & corroborat alias probationes, præsumptiones, & inditia ex quibus poterit iudex facilius deuenire ad condẽnationẽ, *Io. Andr. in d. c. at si clerici n.* 2. *in verb. condemnandi, & ibi Bellamera in princ. & n.* 9. *vers. dicit nouella Butri. n.* 28. *Zabarell. n.* 1. *& Abb. Panorm. nu.* 14. *Farinat. loco citato nu.* 201.

253 Limitatur quarto vbi clericus qui cõmuniter reputabatur laicus suscepit præceptũ de soluendo a iudice laico vel si aliquid corã ipso confessus est non allegando se esse clericũ, tũc est cogendus a iudice ecclesiastico vt soluat id quod cõfessus est vel illud obseruet, & hoc si non per viã actus iudiciarij saltẽ per viã obligationis extraiuditialis, *ita Patian. in tract a. cui incumbat onus proband. negat. p.* 2. *c.* 34. *nu.* 75. *vbi allegat Calder. cons.* 22. *in tit. de iudit.*

254 Limitatur quinto vt licet huiusmodi cõfessio non probet delictũ principale ad effectum condẽnationis probabit tamen delictũ quod ex tali condẽnatione oritur vt est delictũ gloriationis vel iniuriæ, *Abb. in c. at si clerici in princ. col.* 6. *de iudit. & ibi etiam Bero. n.* 134. *Purpurat. in repet. l. admonendi n.* 241. *ff. de iureiur.*

Limitatur sexto dicta ampliatio quia ex tali cõfessione clerici facta corã iudice laico oritur infamia per quã debet ipse clericus suspẽdi vsque ad debitã purgationẽ, & si in purgatione deficiãt condemnabitur tanquã conuictus, *ita Farinat. d. q.* 81. *c.* 6. *n.* 202.

255 Ampliatur trigesimo octauo dicta regula ꝙ clericus non potest cõueniri coram iudice laico vt si clericus in sacris constitutis interrogaretur a iudice laico nõ tenebitur respondere, nec ad respõdendũ compelli poterit per eundem iudicẽ laicum, *late Cartar. in pract. de interrogand. reis lib.* 1. *c.* 2. *nu.* 12. vbi dicit quod cõtrariũ est omnino detestandum, & minime seruãdum, *Scacera in tractat. de iudit. p.* 1. *c.* 86. *nu.* 50. quidquid in contrarium dixerint, *Foller. & Io. Milis in locis per eundem Cartarium allegatis*, Quam ampliationẽ ego tamẽ limitarem, quando interrogaretur in delictis, vel causis in quibus non potitur priuileggio fori vtputa pro causa feudali vel in crimine assassinij: sed si de facto aliquis reperiretur offitialis qui esset a tam

rotun-

rotundæ conscientiæ, & tam suæ salutis immemor, qui excõmunicatonis sententiam vilipenderet (prout multi adsunt hodie offitiales, qui nõ solum per vim, & tormẽta interrogãt clericos, & ecclesiasticas personas, sedẽriã gloriantur de tali excessu, & hoc nõ sine maximo dedecore potestatis, & immunitatis ecclesiasticæ) qui vellet de facto interrogare clericos,

256 tunc cautela est vt clericus ita tractus corã iudice sæculari protestet se esse clericũ, & propterea se nolle respondere coram eo, & si nõ obstante protestatione præcipiat respondere iterum se protestet quod respondet metu, & cõpulsione, & non aliter, & hoc faciat inserere in ipsa responsione vel facere instrumentum si potest, hanc cautelã ponit, *Martin. Vran. Vltramont. conf. 32. n. 48. lib. 2. qui allegat Specul. in tit. de compet. iudic. §. 1. verf. quomodo.*

257 Ampliatur trigesimo nono vt iudex laicus non solum non possit condemnare clericũ coram eo conuentũ, verum etiã nec illũ absoluere, *Bald. n. 20. & alij in Auben. clericus C. de episcop. & cler. & in c. at si clerici vbi etiam Io. Andr. n. 17. de iudit. Paris. de Puteo in tract. de sindi. in verb. clericus c. 2. n. 2. cart. mihi 159.* vbi dicit q̃ tunc iudex poterit statim pronuntiare super priuatione iuris aduersarij, *Cagnol. in l. nemo qui condemnare in fin. ff. de regul. iur. Decian. in tractat. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 9.* qui asserit quod Doctores contrarium tenentes loquuntur de iure antiquo, quo iure erat permissum sæcularibus cognoscere de causis clericorum, & ratio huius ampliationis est, quia qui non potest con-

258 demnare nec etiam poterit absoluere, quando non potest cõdemnare ex defectu iurisdictionis, *l. solet in principio, ff. de offit. proconf. vbi Bald. in 2. not. & in l. qui condemnare ff. de re iud. & in l. nemo qui condemnare ff. de reg. iur. & Cagnol. & Decian. in locis sup. cit.* contrariũ nihilominus tenuit *Glos. in d. l. nemo qui condemnare, & in Authent. clericos C. de episcop. & cleri. Crauett. consil.*

259 *441. n. 6. lib. 3.* Hinc est quod clericus bannitus si occidat vel capiat alium bannitũ sæcularem nõ poterit indultari per iudicem sæcularem nisi fuerit bannitus pro crimine ꝑ quo non potiretur priuileggio fori vt pro crimine assassinij in quo iudex secularis potest punire clericum secus si reperiretur bannitus pro delicto cuius cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum, quia tunc fieret præiuditium ipsi iudici ecclesiastico, ad quem spectat remissio, *ita Carauit. super pragmat. 1. de exulibus nu. 117. Baiard. in additio. ad Clarum in §. homicidiũ n. 259.*

260 & ratio est prædicta, quia iudex sæcularis non solum non potest clericum condemnare verum etiam nec illum absoluere.

261 Ampliatur quadragesimo prædictus effectus quod clericus non potest conueniri corã iudice laico, vt in tantum sit vetũ quod procedit etiã vbi clericus de euictione teneretur, namque si in iuditio esset laudatus, & nominatus ab emptore ad defendendum rem venditam, poterit declinare forũ, & petere vt lis agatur, & terminetur corã iudice ecclesiastico, *glos. in c. clericus nullus il 2. 11. q. 1. Angel. & Paul. de Cast. in l. venditor nu. 3. ff. de iud.* vbi dicit talẽ glosam esse singularẽ, *Gabbell. in tract. de euit. in verb. venditor ver. trigesimo nono vbi alios citat, & testatur de comm. opin. Aretin. in §. actionum autem nu. 43 & 44. de action.* vbi dicit quod ita obseruatur in practica, *& in rub. de except. n. 20. & vtrobique addentes Hottoma. conf. 24. nu. 10. Afflict. const. Regni si quis in posterum Specul. in tit. de 1. & 2. decret. §. restat ver. quid si dominus Imol. in l. non solũ §. quod vulgo ff. de vsucap. Arnon. cautel. 21. & sing. 69. Soc. iun. conf. 40. nu. 10. lib. 1. Natt. conf. 324. nu. 4. lib. 2. Soc. sen. conf. 91. nu. 14. lib. 3. Bald. in l. si tantum ff. de procurat. Igneus qui alios allegat in l. necessarios §. non alias nu. 512. ad Senatusconf. Sillan. Boer. decis. 69. nu. 27. Nicol. Carbon. in pract. practicar. lib. 3. c. 4. nu. 96. & lib. 1. cap. 4. nu. 15. Foller. in add. ad Marant. in pract. p. 6. actu. 5. n. 10. vbi dicit ita in praxi seruari Carolus Grimald. in add. ad praxim Nuntij Tartaliæ c. 2. nu. 52. Iulius Cæsar Imbri. in tract. de iudice regni dialogo 2. n. 47.* qui dicit quod hęc est recepta opinio Sacri Regij Consilij Neapolitani, & quod eam sequuntur, *Affl. Gramm. & Capic. in locis ibi per eum citatis Capic. dec. 191. per totam vbi Masull. in add. nu. 6. Marcell. Cala in tract. de modo articul. & proband. §. 1. glos. 1. nu. 50. vbi alios congerit, & dicit quod hæc est verior opinio Muscatell. in pract. ciuili p. 2. in glo. in verb. intimatio nu. 36. car. mihi 25.* qui dicit quod Sacrum Consilium Regni Neapolis solet seruare hanc opinionem, & quod ita pluries iudicatum fuit, & quod hęc opinio est verior, & in pract. seruatur, *& p. 3. in glo. in verb. nominet nu. 6. car. mihi 86.* Contrariam nihilominus opinionem tenuerunt, *Abb. in c. fi. nu. 8. de empt. & vendit. vbi etiam Barbat. nu. 16. & Ant. de Burgos Hispan. nu. 16. & 20. Bal. in l. venditor, & ibi Alber. de iud. Gramm. decis. 21. nu. 4. 8. 9. & per totã,* vbi dicit quod hæc opinio sibi multũ applaudet & est maioribus auctoritatibus multorũ doctorum non mediocris auctoritatis fulcita, *Florian. de S. Petro in l. fi. n. 4. ff. de noxal. qui asserit hanc esse comm.* opin. in repet. l. ea quæ nu. 17. de reg. iur. in 6. Dec. conf. 700. nu. 1. Couarr. in lib. practicar. quæst. cap. 8. nu. 3. vbi alios citat, & asserit hanc esse comm.* opi. Cabell. in tract. de euict. §. 3. q. 2. n. 119. & seq. Lancellot. Dec. in l. venditor col. pen. ff. de iudit. vbi etiam de commun. opi. testatur Vrsill. in annotat. ad Afflict. decis. 380. nu. 8. & 9. Bertach. in tract. de episcop. p. 5. lib. 4. n. 95. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. car. mihi 353. Capic. dec. 197. n. 7.*

de clerico authore laudato vide Man. gil. de euicti on. q. 6. a fol. 17

n.7.Vincent.Maxilla super consuet. Barens. in titu. de author.laudat n.13.& seq.Gugl.de Bened. in repet.c.Raynutius in verb.vxorem,il 2.n.417.de testamen. Ludou.Molin. in tractat. de contract. disp. 380.num.11. vbi alios congerit, & testatur de comm.opin: & dicit quod si e contra laicus teneretur de euictione rei clerico venditæ, & clericus conueniretur coram iudice ecclesiastico ipse laicus causam defendere habet coram eodẽ iudice ecclesiastico, *Aufrer. in tract. de potestat.ind.laici reg.2.fallen.5.n.6.in 16.tom. tract.diuers. cart. mihi 289. Hieronymus Ceuallos in Specul.pract.quæst.commun.contra comm.q.36.n.2.& q.588. per totam vbi prout alij alios allegat, & testatur de comm.opin.Gail obseruat.31.n.7.lib.1.vbi dicit hanc esse veriorem, & receptiorẽ in praxi opinionem Maran.in p.6.memb.5.n.6.Riminal. iun.consil.422.n.1.& seq.lib.4.vbi etiam dicit hãc esse comm.opin.Scappa in tracta. de iure non scripto lib.1.c.21.per tot.qui de comm. opin. tract.Scaccia in tract.de iud.p.1.c.11.n.98. vbi asserit hanc esse veriorem, & receptiorem opinioné Iacob. nouell. reg.20.fallen.4. Bald. in l. 1. C. vbi in rem actio exerc.deb.& in Auth.clericus,C.de episcop. & cler. Aug.in l.non solũ,§.quod vulgo ff. de vsucap. Viu. dec.49.n. 8. qui testatur de comm.opin.& alios affert Michael in commu.opin.lib.2.c.1.q 8.vbi alios allegat Surd.consil.222.nu.20.lib.2. & cons.396. n.7.35.& 37.lib.3.vbi alios citat, Cagnol.in l.venditor n.8.& seq.& per tot.ff.de iud. Hondod. consil. 25.n.14.17.lib. 1. vbi multos alios allegat Canale. decis.5.n.33.p.4.vbi multos alios congerit Purpurat.cons.26.n.1.lib.1.Io.Alois.de Leo.in Authen. Cassa.n.19.C.de sacros. eccl. Sicard.in l.emptor nu. 14.C.de euict.Horat.Carpan. super statut. Mediol. lib.1.c.69.n.97.& 98. & 107. vbi etiam alios alleg.Glos.super ritu M.C.V.tit.de foro compet.vers. 2.regula car.mihi 397.post constit.Regni quemad. in quæst.fiscal.q.3.n.2.Boer. decis.69.n.27.& 28. Follor.in add.ad Maran.in pract.p.4.dist.11.n.78 car.mihi 206. Petrus Cenedus in collectan. iur. canon.p. 1.collect. 37.n.8.vbi more suo multos alios allegat Marches.in tract.de commiss. commiss. 2. c. 2.n.18.19.& seq.* vbi alios allegat, & multa scribit circa istam materiam, & principalis ratio huius conclusionis colligitur ex dicta *l. 1.C. vbi in rem act. exerceri debe.& ex d. l. venditor ff. de iud.* quibus iuribus probat quod forũ quod est declinabile à defenso declinari nõ poterit à defensore volente *ita Gram.d.dec.21.n. 1. & 2.late Hond. d. cons.25. n.17. lib. 1.* vbi multos alios allegat vbi nu.15.dicit quod si iudex ecclesiasticus inhiberet iudici sæculari ne in causa procedat, sed clericum ad se remittat de huiusmodi inhibitione curandum non esse cum eo casu iudex ecclesiasticus iurisdictionem nõ habeat quod vltimum dixerunt ẽt *Cabell. per eundem Hond.citatus in tract.de euict.§.3.n.122. vers. & si iudex ecclesiasticus, & vltra eum Soc. sen.cons.99.n.27.li.3. Cauale.dec.9.n.2.lib.1.& Lancell.tract. de attent.p.2.c.20.q.3.n.90.*

262 [margin]

Alia est ratio istius secundæ opinionis scilicet, quia isto casu clericus vẽditor cũ res emptoris gerere videat, & ea dũtaxat facere põt, quæ emptori permittunt, sed emptor nõ põt declinare forum sequit quod nec ẽt hoc facere possit clericus vẽditor, *Bar.& Paul.de Cast.in l.liber.§.fi.ff.de negat.gest.Cephal.cons.168. n.23 lib.2.Hond.d.cons.25.n.10.* vbi ẽt dicit quod ea quæ emptori cũ quo lis cæpta est obstabunt, obstabunt ẽt venditori, qui eius defensionẽ assumpsit *Ang.in l.ab executore, §.illo n.4.ff.de appel.* & ab illis oib. a qb' excludit emptor principaliter cõuentus, excludit ẽt ipse vẽditor ad defensionẽ admissus, *Corn.cons.79. col.penult. ver.item secundũ cũ lib.4.Soc.sen.cons.91.n.11.li. 3.Hond.eod.n.10.* nec põt opponere exceptiones quas reus principaliter conuentus opponere non posset, *Bal.& Ang.in l.si parentes,C.de euict.Hond.d.cons.25.nu.10.& 13. & 23.lib.1.* vbi vlterius dicit quod venditor, qui non venit principaliter ꝓ suo interesse, sed ad defendendũ emptorem teneť causam defendere in statu, & terminis in quibus reperiť, nec actoris conditionem deteriorem facere põt quoniam ei sententia contra emptorẽ lata nocet ex propria vi, & natura causa, *Dec.cons.700.n. 7.Alc.cõs.492.in fi.Couar.ĩ lib.pract.qõ.c.15.n.5*

264 [margin]

Retenta tandẽ ista secunda opinione eã subampliabis primo, vt procedat ẽt si vendidisset ecclesia, & vellet emptorẽ defendere, quia adhuc teneť illum defendere, corã iudice sæculari, *Couar.in lib.pract.qõ.c.8.n.3. parum ante vers. hinc ergo ubi alleg.Alber.in l.venditor,ff.de iud.& alios D'D.* Limitabis vbi clericus vti defensor necessarius vocaretur in iudiciũ ad defensionem sui coloni, vel inquilini, qui nullum hẽt ius in rem, nec ciuiliter, nec naturaliter possidet, *iuxta tex.in l.1.C.causã de vsucap.* quia tunc clericus, qui est vere dñus rei petitę, & hẽt dominium vtile, ac directum ad iudicium vocaretur rẽ propriã proprio noĩe defensurus, ideo tũc causa dẽt tractari apud iudicem ecclesiasticum, *c.quoniam frequenter §. in alijs vbi Abb. n.28. Butr. & cæte.scribentes, vt lite non contesta. l.2. C.vbi in rem actio exercer.deb.Imol.in l.non solum §. quod vulgo,n.4.ff.de vsucap. Ang. in l.venditor,ff.de iud.Aret.in §.actionũ,n.20.inst. de act.* vbi dicit ita de consuetudine seruari, *Bal. in l.j in prin.C.vbi in rem act.exerc.deb. Laufr.in tract. de arbit.p.7. q.47.Gram.dec.21. n.3. vbi multos alios alleg.& dec.61. nu.6. Couar.in lib. pract. qõ. d.c.8. n.3.vers.nam hisce verbis, Marc. Anguiss. cons.50.n.5.Surd.cons.396.n.36.Io.Ficard.ĩ add. ad commu.opin. Villalobs in lit.N, n.14.Dec.d.cõs. 700.n.7.Io.Alois.de Leo in l.placet,n.17. C.de sacro-*

263 [margin] 265 [margin] 266 [margin]

crosancti. ecclesi. Purpur.conf.26.nu.2.lib.1. Ancharr.in c.quoniam frequenter §.quod super nu.3.vt lit.non contest. Soc.iun.conf.91.n.13.& 14.vol.3. March.in tract.de commiss.p.2.c.4.quarti c.princ. n.33.car.mihi 499.Carpan.super statu.Mediol.lib. 1.c.69.n.27.qui alios congerit & testat. de comm. opin. Ant.de Burg.in c.si venditori nu.16.de empt. & vend. Boer.dec.69.nu.28. Alex. de Neuo conf. 55.nu.2. vbi hanc limitationem sublimirat & 267 dicit, quod nō habet locum qn̄ clericus venit voluntarius ad defendendum illum, qui non nominauit in iudicio vbi dicit, quod ad hoc facit quod not. *gloss. in c. clericus nullus 11.q.1.* 268 *Abb.in c.fin.de empt. & vend.* & hæc limitatio potest exemplificari in Regno in inquilino, seu colono clerici, qui conuenitur tanquam possessor illius rei pro exequutione cōtractus iuxta formam Bullæ, quod tamen non seruatur in Regno.

269 Limitatur secundo qn̄ clericus, qui vult declinare forum fuit citatus à iudice laico p̄ suo interesse ad defendendum emptorem, *ita* 270 *colligitur ex traditis per Specul.in tit.de 1.& 2.decreto §.restat vers.quid si dominus & vers. seq. & iuribus & authoritatibus allegatis per Franc. Viu. dec.30.nu.7.& dec.49.nu.8. vers. sed vbicunque,* 271 & hæc limitatio fulcitur etiam ex his quæ dicam infra in limitationibus.

272 Limitatur tertio vbi clericus cōpareret ad suscipiēdum in se iudicium vt necessarius defensor, & procurator in rem suam, quia tunc poterit opponere declinatoriam fori ex persona propria, & trahere actorem ad suum iudicem, *Specul.in proxime citato, §.restat vers.quid si clericus Siluan.conf.49.n.42.* vbi multos alios allegat & ad hoc, vt clericus nominatus in iu-273 dicio possit declinare forum debet probare à se habere causam illum qui eum nominauit, *Bald.in l.2. C. vbi in rem act. exerc.deb. Neuus d. conf.55.nu.3.* Necomittam in præsenti amplia-274 tione dicere, quod si is, qui conueniebatur a principio fateretur se possidere & postea nominaret prælatum, vel alium clericum in dominum tunc non obstante nominatione poterit condennari ad restitutionē rei petitę vna cum expensis reseruatis iuribus ipsius clerici nominati, *Afflict.dec.126.Io. Aloisi.de Leo in l.* 275 *placet,num.19.C.de sacros.eccles.* & iudex laicus corā quo fuit iudicium agitatum non poterit esse iudex super interesse prætenso per emptorem cōtra clericum venditorē occasione euictionis, *Cagnol. in l. venditor,nu.23.ff.de iud. Carpan. super statut.Mediolan.c.69.n.106.lib.1.*

Ampliatur 41. prædictus primus clericatus 276 effectus, vt iudex sæcularis remittens clericum ad suum iudicem, maximum a Deo premiū cōsequatur ex iustitiæ administratione, *Alex. de Neuo conf.56.nu.11. ad quod allegat l.1.in prin. ff. de iust. & iur.* & dicit, quod ad hoc benefaciunt, *c.sacerdotibus & cap. futuram 12.q.1.& nu. 12.* dicit quod exercet opus misericordiæ.

Ampliatur 42. vt habeat locum ēt in cleri-277 co, qui facto conduxit vectigalia, quia nec pro pretio illorum poterit conueniri corā procuratore Cæsaris prout cæteri debitores fiscales, sed coram suo iudice ecclesiastico, *Ferdin. Vasques in rep. l.quoniam in prioribus §. 10. nu.648. vers.quo casu Ponte in tract.de Laudim. q.51.n.4.* quod p̄cedit indistincte in omni casu in quo clericus reperitur debitor fiscalis pręter in casu, de quo dicam infra in limitationibus.

Ampliatur 43. in clerico, qui succedit laico & hoc tam si conuenitur actione personali, 278 quàm reali, vel mixta, quia ne is vti hæres poterit conueniri coram iudice laico, *gloss. in c.is qui in ius succedit alterius de reg.iur.in 6. glos. Archid. Dom. de Sancto Gem. & Præposit. in c. clericus nullum,11.q.1. Abb.nu.12.Dec.nu.11.Felyn. nu.5.& alij scribentes in c.quia de iud.Bar.in l. hæres absens,in princ.nu.1.ff. de iud. vbi ēt Iacob. de Rauenna, Ang. Alber. Cyn. Fulgos. Iacobin.nu.4. Lancellott. Dec.Curt.iun.nu.7. vbi testatur de com. opin. & alij oēs Bald. Fulgos.& Ias.nu.39. in Authen. quas actiones C. de sacros. eccles. idem Bal. in l. 2.C.vt in possess.legat. Rot. Rom.dec.5.in tit.de foro compet. Cagnol.in l.2.num.175.C. de pact.inter empt.& vend. Michael de Gra.in lib.2.comm.op. c.10.q.1. vbi plures asserit, quod hæc est com. opi. Stefan. Aufrer.in tract.de potest.iud. eccl. super laicis,nu.47.vers.centesimoquarto in 13.to. tract. diuers.p.1.car.mihi 129. Camill. de Curte in diuersorio, seu comprah.iuris feud.p.2.c.2.nu.142. qui ēt dicit istā esse comm. opin. Couar. in lib.pract. qō.c. 8.nu.4. qui ēt de comm. testatur Vincen.de Anna singul.132. vbi Fabb.in add. nouiss. qui ambo alios allegant, Menoch.conf.991.nu.3.lib.10.& conf. 322.nu.19.lib.4.Surd.conf.222.nu.2.lib.2. qui ēt alios concordantes adducit Pet. Anguiss.cōs.59.nu. 1.lib.3. vbi prout alij alios allegat Caualca. dec.8. nu.11.lib.1.Purpur.conf.83.nu.1.lib.1. Io.Battist. Marches.in tract.de cōmiss.p.2.c.3.quarti c. princ. nu.54.car.mihi 491. Carauit.super ritu M.C.V.ritu 234.num.6.Io.Iacobus Masull.in add.ad Capic. dec.109.nu.2.& 10.* vbi dicit, & disputat quid in militibus Sancti Ioannis, Sancti Stephani, Sancti Lazari, & similibus, *Ias.in Authen. quas actiones,nu.39.C.de sacros.eccl. Roman.in l.si constante, §.si bona,nu.4.ff. solut.matr. Fernand. Vasques in trac. de succes.creat.lib.3.§.22. limit.17. nu.70. Roland.a Valle in tract.de inuent.q.17.n.4. car. mihi 16. Marcell. Cala in trac.de modo articul. & proband.§.1.gl.1.nu.56. vbi alios citat, Surd. dec.110.nu.9. Gail obseru.37.nu.10.lib.1. Scaccia in trac.de iud.p.1.c.11.nu.23. vbi testatur de com. & magis comm. opin. Anastas. Germon.in trac.de sacror.immun.lib.3.c.15.nu.96.& seq.* quidquid in

in cõtrarium tenuerint aliquĩ relati a Ferdin. Vasques *d. num. 70. vers. contrarium & vltra eos a Germonio d. c. 15. n. 99.*

280 Subampliatur 1. dicta ampliatio, vt procedat etiã si testator mandaret vt eius hæres clericus possit cõueniri coram iudice laico nam tali mandato non obstante deberet conueniri coram iudice ecclesiastico, *Bald. in l. 2. C. vt in possess. leg. Bart. in l. hæres absens in princ. ff. de iud. Bertacch. in tract. de episcop. in 5. par. lib. 4. nu. 96. in 13. to. tract. diuers. p. 2. car. mihi 533. Rolan. a Valle cons. 4. nu. 21. lib. 1. Mart. de iurisd. p. 2. c. 6. nu. 41.*

281 Subampliatur secundo, vt dicta ampliatio procedat ẽt in exequutione contractus & instrumenti publici in quo laicus est obligatus ad certam summam pecuniarum, vel aliud simile, namque exequutio talis instrumenti & contractus contra clericum hæredẽ ipsius laici, ita obligati, debet fieri coram iudice ecclesiastico, *Rot. Rom. dec. 552. alids 2. in tit. de foro competen. in antiq. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 8. nu. 5.* vbi alios allegat & adducit rationem huius decisionis, *Ant. Massa in tract. de obligat. in forma Cameræ p. 2. q. 2. n. 3. 4. & 5. Horat. Carpan. super statut. Mediolan. p. 1. c. 42. nu. 112.* qui duo vltimi dicunt, quod hæc subampliatio procedit etiam si defunctus esset obligatus in forma cameræ *Sigism. Scaccia d. c. 11. num. 23. Surd. cons. 222. nu. 2. lib. 2.*

Subampliatur tertio dicta principalis ampliatio, vt p̃cedat & locum habeat tãm si lis est contestata cum defuncto, quãm si non, q̃a semper clericus est cõueniendus & lis est prosequenda coram iudice ecclesiastico, *gloss. in c. clericus nullum, 11. q. 1. Butr. nu. 12. circa finem, & Fely. in c. quia Gu. de iud. Bald. & Salic. in l. 1. C. si pendent. appell. idem Bald. in c. in præsentia, nu. 9. de probat. Ang. in l. tam ex contractibus, ff. de iud. idem Bald. & Ias. in Authen. quas actiones, C. de sacros. eccles. Alex. in l. si constante, §. fi. col. 2. ff. sol. matr. Lancell. Dec. & Iacobin. in l. hæres absens, ff. de iud. multos allegat Surd. cons. 222. nu. 4. lib. 2.* licet ipse cõtrarium teneat, *Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. hos accusare §. hoc beneficio, ff. de accusat. Asin. in pract. exequut. §. 2. c. 12. in fin. Caroce. in tract. de excus. p. 2. q. 57. nu. 21.* vbi dicit, quod hæc est vera & comm.* opin. sed quod imò prædicta ampliatio non habeat locũ in litibus, & quæstionis iam inceptis, & sic quod ipsa tertia sub ampliatio non sit vera tenuerũt, *Paul. de Cast. in dicta l. hæres absens §. 1. n. 3. ff. de iud. Barbat. in eodem c. quia Gu, nu. 17. de iud. Cagnol. in l. 2. nu. 175. C. de pact. inter emptor. & vendit. Guido Pancirol. cons. 46. nu. 7. vbi testatur de com.* opin. Boer. dec. 69. nu. 32. Alex. in add. ad Bart. in Authen. & consequenter nu. 19. C. de senten. & interloq. Gul. de Beued. in repet. c. Raynutius in verb. vxorem nomine Adelesiam in 2. dec. nu. 124. de testam. Roger. de Nuta in repet. l. 1. n. 61. de iud. Anto. Scappa in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 16. nu. 1. Anastas. Germon. in tract. de sacro. immun. lib. 3. cap. 15. nu. 96. Addent. ad Aret. in §. idem imis est, nu. 46. in lit. A, instit. de except. Villalobs comm. opin. in lit. C. nu. 77. Hieron. de Ceuallos in Specul. pract. quæst. comm. contra comm. q. 36. nu. 1. & 10.* vbi dicit, quod hæc opinio est verior * de iure, *Camill. de Curte in diuers. seu comprehens. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 142. ver. secunda verò, qui asserit istã esse cõ.* opi. Anguiss. cons. 59. nu. 1. lib. 3. Camill. Borell. in add. ad Bellug. in Specul. princ. rub. 11. §. videndum, nu. 4. in lit. A, vers. ad materiam tamen cart. mihi 55. Anton. Massa Galless. in tract. de obligat. in forma Camera p. 2. q. 2. nu. 3. & 4. Andreas Gail obseru. 37. nu. 8. lib. 1. Scaccia in tract. de iud. p. 1. cap. 11. nu. 23. in fin. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 8. nu. 2. & 3. vers. hinc ergo, vbi allegat Imol. in l. si eum hominem, ff. de fideius. Ias. in Authen. quas actiones, nu. 39. C. de sacros. eccles. Panl. de Cast. Rom. & Alex. in l. si constante §. fi. ff. sol. matr. & ibidem Curt. iun. in add. ad Alexan. And. & Paul. de Cast. in d. l. hæres Absens in princ. ff. de iudit. & in vers. verum contraria,* dicit quod hæc sibi videtur verior * opinio, ẽt si succedens esset monasterium vel ecclesia, *Io. Batt. Asinius in pract. excqunt. §. 2. c. 12. num. 44. & 60.* vbi alios citat, & testatur de comm.* opin. & allegat ẽt iura probantia istã opinionem, *Aufrer. in tract. de potestat. iud. laici super person. eccles. regul. 2. Fallen. 5. nu. 6. in 16. to. tract. diuers. car. mihi 289. Viui. in comm. opin. in verbo clericus nu. 48. lib. 1. Siluan. cons. 49. nu. 45. Ferdinand. Vasq. in tracta. de success. creat. p. 1. lib. 7. §. 22. limit. 17. nu. 70. Bursat. cons. 93. n. 42. lib. 1. vbi asserit hanc esse com.* opin. Purpur. cons. 83. nu. 2. lib. 1. Io. Alois. de Leo in Authen. cassa nu. 19. C. de sacros. eccles. Iacobin. in d. l. hæres absens nu. 6. ff. de iudit. Follert. super constit. Regni in tit. de episcop. & cler. c. item statuimus nu. 5. cart. mihi 68 & in addit. ad Marant. in pract. p. 4. distin. 11. nu. 74. car. mihi 206. Suarez in comm. opi. in verb. clericus nu. 104. glos. ordinaria super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. vers. secunda regula cart. mihi 397. post constit. Regni Boer. dec. 69. nu. 32. & seq. Marcell. Cala in tract. de modo articul. & proband. §. 1. gl. 1. n. 57. vbi alios allegat Surd. dec. 110. n. 2 qui dicit* q̃ *hæc opinio est magis * cõmunis, & cõs. 222. nu. 16. lib. 2. vbi multa circa hanc conclusionẽ affert. Petrus Cenedus in collectan. iuris canonici p. 2. coll. 37. nu. 7. vbi more suo multos alios congerit Gail obseruat. 37. nu. 8. lib. 1. Cagnol. in l. 2. n. 252. C. de pact. inter emptor. & vendit.* vbi in vers. mihi videtur dicit, quod non debet mutari status causæ, & huius conclusionis multæ sunt rationes, quarum Prima est, quia si incohato iuditio reus efficitur clericus cogitur corã laico iudice comparere, vt dicam infra in limitatio-

282 facit Surd. cons. 222 uol. 2 à fol. 186. et alij P. Antonia. Diana tract. tat. 2 resolut. 24 fol. 35. par. pr.

283

tationibus: ergo hoc idem, & tanto magis dēt procedere quādo clericus succedit laico cum quo lis reperitur incepta ita dicit Surd. *decis.* 110.*n*.3. vbi multos alios allegat, Secunda est ratio qa instantia incohata cum defuncto trāsit in hæredē actiue, & passiue, *l. si constante.* §. *fi. ff. solut. matrim. l. hares absens. & ibi Iacobin. nu.* 7. *ff. de indit. l. si is qui Romæ eod. tit. Alciat. conf.* 22. *nu.* 1. *to.* 2. *lib.* 6. *Peregrin. in tract. de iure fisci lib.* 5. *nu.* 65. *Sal. in l. litigator nu.* 3. *de fructib. Vincent. de Anna allegat.* 14. *nu.* 1. *Surd. d. decis.* 110. *nu.* 4. Tertia est ratio quia vbi ceptum est iuditium ibi finiri debet, *l. vbi ceptum, ff. de iudit. Hieron. Ceuall. in specul. comm. contra comm. q.* 36. *n.* 2. *Surd. conf.* 57. *n.* 2. *li.* 1. Quarta est ratio pōt adduci quia hæres censetur, & reputatur vna, & eadem persona cum defuncto, §. 1. *in Auth. de iur. iur. amor. præst. Menoch. conf.* 124. *nu.* 19. *lib.* 2. *Surd. conf.* 15. *n.* 2. *lib.* 1. Quinta est ratio, quia defunctus conuentus coram iudice laico videtur cum eo quasi contraxisse ne posset forū declinare, quia in iudicijs quasi contrahitur, *l.* 3. §. *idem scribit ff. de pecul. Bart. in l.* 2. §. *sed, & si vnus nu.* 2. *ff. de prætor. stipulat. Paul. de Cast. in l.* 3. §. *si filius familias nu.* 3. *ff. de pecul. Alba Mandell. conf.* 262. *n.* 4. *lib.* 2. Sexta est ratio qa obligario non variatur ex mutatione personæ succeſſoris nec ius alterius mutatione personæ fieri dēt deterius, *l.* 2. §. *ex his, ff. de verb. obligat. l. in exequutione* §. *pro parte vbi hoc not. Paul. de Cast. ff. eod. tit.* Septima, & vltima pōt assignari ratio qa ius creatum, & formatum in persona defuncti transit actiue, & passiue in hæredem, *l. cum matre ff. de rei vendicat. l.* 1. & 2. *ff. de hæred. acti. Surd. d. conf.* 2. *n.* 10. *cū pluribus seq. lib.* 2. vbi hanc, & alias prædictas adducit rationes ex quibus rationibus apparet quantum sit vera hæc secunda opinio.

Retenta tandem opinione quod in litibus incepris clericus hæres laici ex persona sua nō possit declinare forum sed tenetur litem prosequi coram eodem iudice corā quo agitabat cum defuncto eā limitabis aliquibus modis, & Primo si instātia esset perēpta, qa perempta instantia pereunt oīa acta ordinatoria & eit tanquā si lis nunquā fuisset incepta, *Alber. in l. properandum nu.* 13. *ff. de iudit. Deci. in l.* 2. *C. de edend. Ruin. conf.* 69. *n.* 5. *vol.* 1. *late Io. Batt. Asin. in pract. exequut.* §. 2. *c.* 15. & §. 3. *c.* 1. *nu.* 12. & 13. & §. 14. *c.* 3. *nu.* 9. *Caph. conf.* 232. *nu.* 30. *lib.* 2. *Rim. sen. conf.* 703. *nu.* 8. *lib.* 4. *Bero. conf.* 37. *nu.* 14. *lib.* 3. *Roncagall. in tract. de duobus reis leg.* 16. *lib.* 3. *nu.* 17. *car. mihi* 875. & lis habetur pro nō incepta nec dr̄ amplius lis, *Lancellott. in tract. de attent. p.* 2. *c.* 4. *de attent. lite pendente num.* 598. & 611. *Rim. iun. conf.* 821. *nu.* 20. *lib.* 7. vbi dicit qd̄ instantia perempta effectus inhibitionis factę per iudicē appellationis omnino annullatur, *allegat Lancell. in c. prædicto n.* 520. *Surd. conf.* 160. *nu.* 22. *lib.* 2. vbi dicit qd̄ instantia perēpta desinit amplius esse lis. Hinc est quod instantia perēpta cessat vitiū litigiosi, & consequenter res de qua litigatur pōt valide alienari, *Saly. in l. properandum* §. & *si quidē nu.* 15. *uers. tertio quero ff. de indit. Alex. in l.* 2. *nu.* 16. & *Deci. nu.* 59. & *Ripa nu.* 28. & *Ias. n.* 19. *verf. secundo limita ff. iudit. solui, Mandos. in tract. de inhibit. q.* 113. *Passet. conf.* 67. *n.* 7. *Natt. conf.* 350. *n.* 5. *Thesaur. dec.* 144. *n.* 9. *Gabriel conf.* 52. *nu.* 8. *lib.* 1. *Lancellott in d. trac. de attent. p.* 2. *c.* 4. *in præfat. n.* 598. & 609. Sicēt instantia perēpta pereunt confessiones fictæ inductæ ex dispositione statuti, ita vt nō possint in alia instantia produci, *Lanfran. Balbus in suis com. coucl. cent.* 3. *concl.* 282. *Horat. Carpan. super statut. Mediol. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 102. & instātia perēpta fideiussor de inditio sixti dicitur liberatus, *not. Doctores, & præcipue Bar. in l. cū lite mortua ff. iudit. solui Affl. super constit. Regni rub.* 14. *n.* 4. & 5. *lib.* 2. *Ias. in l.* 2. §. *fi. n.* 9. *ff. qui satisd. cogant. Paris. conf.* 48. *n.* 17. *lib.* 1. *Natt. conf.* 120. *n.* 13. *vol.* 1. *Vrsill. in adnotat. ad Affl. dec.* 182. *nu.* 8. *Foller. in pract. crim. rub. fiat contestatio litis cart. mihi* 245. *Horat. Carpan. d. c.* 21. *nu.* 103. & pari modo instantia perēpta extinguitur iudicis iurisdictio, *l. facta* §. *si quis bonorum ff. ad Trebell. Bal. in c.* 1. *col. pen. si de inuest. inter domin. & vasfall. lis oritur, in vsibus feud. Io. de Amicis conf.* 32. *n.* 9. *Surd. d. conf.* 160. *n.* 22. *lib.* 2. & p consequēs iudex non dicitur amplius iudex sed priuata persona, *Bald. conf.* 290. *in fin. lib.* 3. *Crauett. conf.* 270. *circa finem lib.* 2. *Ancher. Regiens. quæst.* 21. *num.* 13. *lib.* 3. *Roland. Cauagnol. in obseruat. ad decret. Montisferr. decret.* 8. §. 3. *nu.* 3. *car. mihi* 127. *in prima parte latē Sebastian. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullitate ex defectu iurisdictionis n.* 115 & 127. *cum pluribus sequentibus Menoch. in tract. de arbit. iud. q.* 67. *num.* 17. *Ioseph Ludouic. in Rot. Lucens. dec.* 43. *nu.* 20. *Horat. Carpan. super Statut. Mediol. c.* 21. *nu.* 108. *p.* 1. vbi in nu. sequentibus ponit multa de iurisdictione iudicis instantia perempta.

Secundo limitari poterit prædicta conclusio quòd clericus hæres laici in litibus inceptis teneatur sequi iuditium coram iudice coram quo est inceptum vt non procedat quando iuditium esset ex aliquo capite nullum, qa est vulgata regula, quod nullum est nullum producit effectum, *c. non præstat de regul. iur. in* 6. *l. nō putaui*, §. *non quæuis de bonorū possess. contra tabul. l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iud. l. non dubiū, C. de leg. Bellamer. conf.* 74. *nu.* 3. *Surd. conf.* 136. *nu.* 16. *lib.* 1. *Peregrin. conf.* 93. *nu.* 6. *lib.* 1. *Bursat. conf.* 82. *nn.* 6. *Houdod. conf.* 32. *nu.* 85. *lib.* 1.

Hinc in simili per eandē regulā & ad confirmationē ipsius limitationis videmus, quod licet p simplicem citationem inducatur litis

De nullitate actus

Q pen-

pendentia, *Rom.conf.330.n.2.in fi.Fel.in c.super literis,n.13.de rescript.Affl.dec.220.nu.13. Menoch.in tract.de arbit.casu 202.nu.8.Rot.Rom.dec.17.nu.3.in tit.de dolo & contum.& dec.6.in tit.vt lit. pendet. in nonis Scaccia in tract. de iud.p.1.c.64.nu.11.* attamen si talis citatio esset aliquo modo nulla nullã inducit litis pendentiã,*Probus in addit. ad Io.Monacũ in rub. vt lite pendent.* 300 *in 6.Affl. dec.336.nu.14.& seq. Deci.conf.460.nu.21.& seq.*vbi loquitur in citatione facta ad instantiã tutoris finita tutela p pubertatem, *Lancellott. in tract. de attent. p.2.c.4.in præfati.n.94.& 95.car.mihi 51.*& parimodo *nu.99.* di-301 cit quod p citationẽ, & processum nullũ non fit vt qs desinat esse pacificus possessor ad effectum regulæ de annali possessore, sic ẽt sen-302 tentia nulla non dr̃ sententia, *l.4.§.condẽnatũ ff.de re iudi.Natt.conf.529.n.7.& 9.* ideo solu-303 tum vigore sententiæ nullæ põt repeti tanquã indebitũ,*Afsinius in pract.exequut.§.2.c.14.n.6.Horat.Carpan.super statut.Mediol.p.1.c.21.n.* 304 *111.*& lex siue statutum puniens facientes aliquem actum non cõprehendit facientẽ talem actum nullum,*Iaf.in l.1.§. hæc autem verba nu.9.cum pluribus seq. ff.quod quisque iur. & in l.fin.nu.140.C.de iure emphitent. Vincent. Macin. in tract.de iurament.p.4.effectu 203.nu.4.& 5. Lodulfus Scrader Vltramont.in tract.de feud p.9.c 1,nu.27.Porti.conf.140.nu.3.Fel.in c.ex tenore nu.9.verf.& pro primo membro de rescript.Ripa in primo libro responfor.c.1.nu.22. Cotta in fuis memorial.in verbo actus nullus Plot.conf.180.nu.22.inter conf.crim.diuerf.lib.1.Tiraq.in tract.de retract.lignag.§.1.glo.2.nu.6.& feq.Soc.fen.conf.18.nu.20.lib.1.Vant. in d. tract. de nullit.tit.quoties,& intra quod tẽpus nu.43.& seq. Marf.in l.fi.nu.12.& seq.ff. de quæfti.* & ideo licet feudatarius si-305 ue emphiteuta alienans rem emphiteutã fine feudalem non consentiente dño directo incidat in pœnam caducitatis,*c.1.in fi.de feud. fine culp.non admiss.c.1. de vassall. qui contra constit. Lothar.c.1.in princ.de phib. feud. alien. p Lothar. c.1.in princ.de prohib.feud.alien.per fider.c.1.§.fi. quæ fuit prima causa benefic.ammittit Soc.conf.86.n.7.& 8.lib.1.Curt.in tract.de feud.p.4.nu.81.Iacobin.de Sancto Georg.in eodẽ tract.de feud.in verbo dictique vassalli nu.45. Alber. Brun. conf.119.nu.22.Gratus conf.9.n.134.lib.1. Iaf.conf.15.nu.11.lib.2.Scrader.d.c.1.num.14.* attamen si ipsa alienatio esset aliquo modo nulla non incide-306 ret in pęnã caducitatis,*est tex.in l.ea qdẽ C.si mãcipi.ita fuerit alienat.l. stipulatio hoc modo concepta ff.de verb.obligat.Guid.Papa conf.31.nu.1.verf. si ergo & conf.63.nu.3.& dec.590.nu.2. Bal. in l.2.nu.3.C.de episcop.& audien. Aluarott. & Præpofit.in c.1.Quid iuris si vassall. post alienat.fact. feud.recuper.Iacobin.in tract.prædicto in verb.cum pacto,nu.28.Alex.conf.99. num.27.lib.5.Iaf. in verbo seruo legato §.1.num.7.ff.de legat.primo,& in l.vbi pactum,nu.23.C.de transact.& in l.fi.nu.139.C.de iur.emphyt.Carpan super statut.Mediola.c.403.lib 2.* vbi multos alios allegat *Addentes ad Guidon.Papã conf 32.in lit.B.Franc. Vegg.cõf.68.nu.19.Io.Aloif. de Leo in l. qui sententiam, nu.12.C.de pen.Fabian.de Monte in tract.de empt. & vend.in 3.q.princ.nu.60.car. mihi 68. Marf. in l.fin.nu.12.ff.de quæsti. & singul.28. Gabbell. milleloq.109.Fely.in c.ex tenore nu.6.de rescript. Tiraq. in l.connubial.glof.8. num.205. & in tract. de vtroq.retract.§.1.glof.2.nu.6.& seq. Ludoui. Molin.in tract.de primogen.Hispan.lib.2.c.16.nu.18. Boccati.super confiit.Egidian.gl.8.nu.46.cũ multis alys quos late congerit Lodulfus Scrader Vltramont.in d tract.de feud.p.9.c.1.nn.27.* & statutũm puniens eum qui cesserit debitum poten-307 tiori non habet locũ vbi cessio esset nulla,*Bal.conf.139.prope finẽ lib.2.Vinc.Mancin.in d.tract.de iuram. p.4.effec.203. nu.6.Scrader d.nu.27.* quibus accidit et quod si præceptum est nullũ contrauenicns illi non incidit in aliquã pęnã, 308 *Ripa in l.1.§.si quis stipulatur ff.de verb.oblig.Cou.r.in 2.parte relect.§.4.nu.4.Vegg.conf.68.nu.19.Farin.in suo tract.crim.q.15.n.47.Molina d.c.* 309 *16.n.18.*& eodem modo citatio nulla non interrumpit præscriptionẽ,*l.si pater C.ne de stat.defunct.vbi glo.in verb.status Alex.in rub.ff.de in ius vocãd.Bar.in l.accusatus ff.de adulter.Bertach.in repert.in verbo citatio nulla,& in verbo citationis effectus il primo Tiraq.in d.tract.de vtroque retract.§.1.glof.decima nu.85.Bald. in tract. de præscript.p.3.sexte partis principalis q.4.nu 27. cart.* 310 *mihi 556.* quod procedit ẽt in processu nullo qui nec ẽt interrumpit præscriptionẽ *Bal.in c.1.Quo tẽpore miles Ruin.conf.47.nu 8. lib.4.* nec 311 facit rẽ desinere esse integrã. *Pa.r.if.cõf.98.n.27 lib.3.Lancellott.in tract.de attent.p.2.c.4.in præfat.n.97.car.mihi 51.* nec perpetua iurisdictio-312 nẽ,*Aegid.dec.699.Putcus dec.2. Lancell. vbi supra nu.98.*sic ẽt licet ex forma statuti debeatur gabbella p quolibet contractu illa non debi-313 tur ex contractu nullo,*Bal.in l.fin.§.quia nostra col.1. verf. quærit hic,& ibi ẽt Alber.in verf.item adducitur Rom.conf.78.Marf.conf.117.nu.54.& conf.120.num.4.& conf.131.num.25 Alexand. conf.104.num.5.lib.1.& conf.36.num.5, verfic. & etiam de actibus inutilibus lib.4. Aretin. conf.128.in 2.dubio Ripa in l.4.§.condemnatum verfic. tertio facit ff. de re iudi. Hippolit. Bonacoff. in quæft. crimin. in verb. gabbella part.1. Surd. decif.122.num.9. & conf.305.num.17.lib.3.Ioseph Ludouic.conclus.15.verf. hinc infertur,& verf. infertur vigesimonono Gramma.decifio.74.num.27. Perfonal. in tractac. de gabbell. num.137. Iulius Ferrett. in eodem tractat. de gabbell. num.312.314.& 315. Gafpar Cabbellin. milleloq.108.* si-314 cut nec etiã ex contractu nullo debetur laudimium,

mium, *Tiraq. in tract. de retract. conuenti. §. 6. glo. 2. num. 6. Amod. a Ponte in tract. de laudim. quæst. 39 Surd. d. dec. 122. nu. 10. Purpur. cons. 64. nu. 5. lib. 1. Petr. Cened. in collectan. iuris canon. collect. 144. nu. 20. Bursat. cons. 56. nu. 16. lib. 1. Crauett. cons. 332. nu. 10. lib. 2. & cons. 858. n. 5. lib. 5. Thesaur. dec. 75. Burgius in tract. de laudim. p. 2. in-*

315 *spect. 10. n. 1.* Neque retractus habet locum vbi alienatio esset nulla, *Paul. de Castro cons. 74. in princ. lib. 2. Surd. d. dec. 122. nu. 11. Cepoll. cons. ciuil. 44.* & pretermissis multis similibus ex quibus potest deduci qđ id quod nullum est nullum præstat impedimentum neque aliquem operatur effectum, solum vnum adducam ex quo pōt omnino fundari hæc secunda fallen-

316 tia, scilicet qđ licet appellatio suspendat sententiam, & iurisdictionem iudicis à quo *c. ve-*

317 *nientes de iure iurand. c. 1. de re iud.* nihilominus si appellatio esset nulla, & nulliter interposita, nihil operaretur, neque sentētia neque iurisdictio iudicis a quo suspenderetur, vt latè, & ex multis deducit, *Robert. Lancellott. in tract. de attentat. p. 2. c. 12. limit. 6. num. 1. & per totum Paris. cons. 49. nu. 21. lib. 4.*

318 Tertio limitari poterit prædicta conclusio quod clericus hæres laici in litibus inceptis cū defuncto non possit declinare forum vt non procedat qñ per partes fuisset liti cessum, & renūtiatum quia tunc oĩa acta pereunt, & lis habetur pro non incepta, *Balb. in tract. de præscript. in sexta parte principali in tertia particula quæst. 4. nu. 45. Asinius in practica exequut. §. 2. c. 15. nu. 12. Lanfranc. Balbus in suis comm. conclus. cent. 5. concl. 441. Horat. Carpan. super statut. Mediol. p. 1. c. 21. nu. 98.*

319 Limitatur modo prædicta quadragesima tertia ampliatio qñ laicus cui clericus successit esset predo nam tunc clericus hæres poterit cōueniri coram iudice laico, vt restituat rem deprædatam per eius authorem, *Bald. in l. fin. q. 6. C. de edict. Diui Adrian. tollen. Io. Bertach. in tract. de episc. p. 5. lib. 4. nu. 96. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. car. mihi 353. glo. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. vers. secunda regula cart. mihi 397. post cōstitut. Regni Aufrer. in tract. de potestat. iud. laici reg. 2. n. 13. in 16. to. trac. diuers. car. mihi 289.*

Et pro complimento dico quod sicut clericus q succedit laico mutat forum ex persona propria ita vt debeat conueniri coram iudice

320 ecclesiastico ita e contra si laicus succederet clerico non poterit allegare declinatoriā fori ex persona sui prædecessoris, sed debet conueniri corā iudice laico, *Ias. in Auth. quas actiones nu. 41. C. de sacros. eccles. Menoch. cons. 322. nu. 19. lib. 4.* Sic ēt laicus succedens clerico ligatur

321 eadem instantia, & tenetur prosequi iuditiū inceptum cōtra suum authorem in curia ecclesiastica, *cap. quia v. de iudit. Alciat. cons. 22. nu. 3. tom. 2. lib. 6.*

322 Ampliatur 44. prædictus primus effectus clericatus quod iudex laicus non habet iurisdictionem in clericos ac personas ecclesiasticas vt non solū procedat in iurisdictione contentiosa verum ētiā iurisdictione voluntaria, quia nec illam poterit exercere laicus in clericum, *Dec. cons. 150. nu. 4. & cons. 241. num. 2. Surd. decis. 129. num. 6.* qui huius ampliationis exemplum ponit in legitimatione de qua materia dicam infra effectu 35. quidquid in contrarium dixerit ipsemet *Surd. dec. 26. num. 2. & alij per eum citati.*

323 Ampliatur 45. vt episcopus possit interdicere locum, & ciuitatem qñ officiales temporales nolunt restituere, & temiſſere clericum per ipsos detentum suis iudicibus competentibus, *Aufrer. in tract. de potest. iud. eccles. super laicis, & rebus eorum nu. 8. in 13. tom. tract. diuers. p. 1. car. mihi 126. qui ad hoc allegat tex. in c. canonici de offit. ordinar. in 6. & in c. licet de iureiur. & in c. fin. de exceptio. & in cap. decernimus, & in cap. si iudex laicus de sentent. excomm. in 6.*

Ampliatur 46. vt ipse primus effectus clericatus procedat ēt si clericus in minoribus cō-

324 stitutus vxorē ducat, & habitum, & tonsuram dimittat nam si ipsa vxor moreretur, & clericus reassumat habitum, & tonsuram, & inseruiat ecclesiæ iuxta formam Conc. Trid. adhuc non poterit conueniri coram iudice sæculari, qa per reassumptionem habitus, & tonsuræ reassumit ēt priuilegium fori, *Remig. de Gonn. in tract. de carit. suffrag. q. 65. n. 7. in 15. to. tract. diuers. p. 2. car. mihi 193. Clar. in §. fi. q. 36. n. 12.* vbi testatur de com. opi. & multos alios allegat.

325 Limitaĩ primo hęc ampliatio, vt nō habeat locū qñ habitum assumpsisset parū ante delictū, qa tunc præsumitur in fraudē illū assūpsisse, *Clar. d. n. 12. in fi. & nu. 13.* qui asserit quod ita alias in facti contingentia fuit obseruatū.

326 Limitatur secundo qñ clericus contraxisset matrimoniū cum corrupta scienter vel cū vidua vel cū duabus virginibus quia tunc fieret bigamus, & p consequens nō posset gaudere priuilegio fori vt dicā infra in limitationib.

327 Ampliatur 47. dictus effectus q clerici nō possunt conueniri corā iudice laico vt locū sibi vendicet ēt si ipse clericus corā iudice laico confiteretur, & assereret se esse laicū, & nō clericū, qa p talē confessionē sibi non præiudicat, neq; suo episcopo illū vendicare volēti, qa episcopus non obstante ipsius cōfessione poterit illū repetere, *c. at si clerici de iudi. Innoc. & Cōpostell. in c. per inquisitionē de electi. Bal. in l. si qua per calūniā vers. sed ponamus clericus C. de episc. & cler. & in l. 1. n. 39. C. de cōfes. Lāfrā. de Oriann. in c. quoniā contra in verb. cōfessio n. 14. de probat. Io. Andr. in c. si iudex laicus de sent. excom. in 6. Bertach. in*

O 2 suo

503 nihilominus dicitur iudex ſæcularis *Auth.ſi quis litigantium vbi hoc not. Bald.& ceteri ſcribentes C.de epiſcop.audient. Paſſett.conſ* 23.*num.*1.& quod clericus poſſit eſſe delegatus laici dixerunt *Bald.in d.Authen.ſi quis litigantium Abb.in cap.2.n.8.de iudit.& in c.in epiſcopatu n.3.de raptor.vbi etiam Ancher.nu.1.& per tot. Aufrer. in tract.de poteſt.iud.eccleſi.ſuper laicis,& eorum bonis nu.37.in 13.tom.tract.diuerſ.p.1.cart. mihi* 128. *Dec.in c.decernimus n.66.de iudit.*vbi dicit quod poteſt eſſe delegatus in vno negotio tantum *Alex.conſ.77.n.6.lib.2.Bolognett.in rub.ff. de offit.eius n.33.qui etiam alios allegat ,& ibi Cagnol. nu.64.& Purpur.nu.43.idem Purpur.in l. eum qui nu.4.ff.de iuriſd.omn.iud.Vant.in tract.de nullit.in tit. de nullit. ex defectu citatio. nu.68. Iulius Cæſar Imbrian.in tract.de iudice Regni par.vlt.nu.29.& 30.Lodulphus Scrader in tract.de feud.p.10.ſect.4. nu.27.Clar.in §.fi.q.41.n.8.*vbi alios allegat, & teſtatur de comm.opin.& loquitur in delegatione cauſæ criminalis prout cõcludunt multi ex ſupra citatis dum dicunt, quod clericus

504 poteſt eſſe delegatus tam in cauſa ciuili,quam criminali, ſed cum iſta limitatione, quod vbi clericus eſſet delegatus in cauſa criminali non poterit imponere pœnã ſanguinis propter irregularitatẽ, quã incurreret ſi illã imponeret, tenet *Anth.in d.c. in archiepiſcopatu de rapt.nu.6. Aufrer.eo.nu.37.Rebbuff.in l.ſi prætor nu.4. ff. de offi. eius,* & poterit eſſe delegatus ad vnã cauſã tantum non autem ad vniuerſitatẽ cauſarum

505 *Octaui.Vulpell.in tract. de libert.eccleſ. p.1.n.17 Purpur.in rub. ff. de offic.eius nu.43.& 45. vbi teſtatur de com.* opin.Foller.ſuper conſt.Regni in tit. de epiſc.& cler.clerici quoque nu.16.car.mihi* 52.

506 ſed honeſtius, & tutius eſt has delegationes non ſuſcipere,*ita Rebbuff.eo.n.4.Iaſ.in dicta rub. ff.de offi. eius vbi ẽt Cagnol.nu.64.& Purpur.nu.* 46.*Soc.in d.c.in archiepiſcopatu n.4.de rapt.* Et licet clericus poſſit eſſe delegatus laici,non propterea poterit eſſe locũ tenens officialis laici, & ratio diuerſitatis eſt,quia locumtenens dẽt cognoſcere de vniuerſitate cauſarũ quod clericis eſt interdictum vt iam dixi, *c. clericus vbi hoc not.Abb.ne cler.vel monaci Ripa in c.2.de iud. Cagnol. loco ſupra citato nu.*65. ex quibus infero quod clericus vel epiſcopus delegatus laici ꝑ ruenda eius iuriſdictione,& poteſtate non po-

508 terit vti gladio excõmunicationis quia attenditur iuriſditio ex perſona delegantis *Bal.in d. auth.ſi quis litigantium in vlt.not.C.de epiſcop. audient.Iaſ.in l.2.col.3.verſ. tertio limita de iuriſdic. om.iud.Purpur.in d.rub.ff.de offi.eius n.48. Graff. dec. aur.lib.5.c.5.nu.1.*

Secundo infero quod a tali delegato quãuis clerico appellari dẽt ad laicum delegantem,

509 *Bal.in d.vlt.not.Iaſ.in l.ſi prætor in 2.not.n.5.in fi. ff.de offi.eius Fel. in c. ceterum col.1. de iudit. Purpur. in rub. prædicta nu.49.* Hinc eſt quod ſi epiſcopus vel alius quiuis clericus teneat aliquã

510 iuriſdictionem a principe ſæculari, & iudicaret tanquam is qui habet talem iuriſdictionẽ tũc ab eo appellari debet ad dictũ principem ſæcularem non autẽ ad ſummum Pontificem, *Bart.in l.ſi quando C. de appellat.& in l.1.§.ſi quis in appellatione n.15.ff.de appellat.Rom. conſ.* 422. *Andr.Gail in tractat.de pace publ.lib.1.c.8.nu.8. & obſeruat.37.nu.3.& 10.lib.1. Marius Anguiſſ. conſ.136.n.12.Frecci.in tractat.de ſuffeud.lib.1.in c.ſeuſectiõn.incipien.alia etiam fuit quæſtio nu.11. Iſern.in tit.de Capit.Corrad.n.17.& 21. Scaccia in tractat.de iud.p.1.c.11.n.97.verſ. idcirco vbi aſſerit hanc eſſe comm.* opin. Aufrer. in tractat. de poteſt.iud.eccleſi.ſuper laicis,& eorum bon.num. 14. verſic.decimonono in 13.tom. tractat. diuerſ.p.1. car.mihi 127.& in tractat. de poteſtat. iud. laici ſuper eccleſi aſt.perſonas reg.2. Fallent. 2.n.3.in 16. tom.tractat.diuerſ.cart.mihi 289. vbi alios allegat Franciſc. Marc.dec.455.n.12.in 1.p.Abb.in rubr. de appellat.n.13.in 6.Ancbar.in c.Romana n.14. de appell.in 6. Frecbia de ſubfeud. lib. 3. differen. 53.n.3.Iaſ.conſ.123.in 1.vol. Menoch. in tract. de*

511 *retinen.poſſeſſ.remed.3.n.409.& 410.* vbi e contra dicit quod clericus dominus feudi ſubſtinet perſonam laici,*Surd.conſ. 275.per tot. lib.2.* vbi poſtquam allegat aliquos tenentes cõtrariam opinionẽ tandem tranſit cum iſta,*& cõſ. 396.num.8.lib.3. Fel.in c.ſolitæ de maior. & obed. Franc. Marc. deciſ. 365.p.2.Franc.Capiblancus in tractat.*

tractat.de authorit.Baron.pragmat.1.nu.33.glos. super ritu M.C.V. in tit.de foro compet.vers.secunda regula cart.mihi 397. post constit. Regni Alex. de Neuo in c.verum n.10.de foro comp. vbi loquitur in clerico rectore ciuitatis pro aliquo principe, & dicit quod appellatur ad ipsum principem, *& in c.solitæ de maiorit.& obedien. Bambac. in c.1.§.qui clericus nu.137.& 138.si de feud. de-* 512 *funct.content.fuerit in vsib.feud.* vbi vlterius dicit quod isto casu episcopi ac ceteri prælati feudatarij debent creare offitiales laicos, & non clericos, qui vt ceteri officiales laici sindicari possint *allegat text. in constitut. iustitiarij nomen col. fin. Anna alleg.460.* quod secus est si clericus habet iurisdictionē inter laicos in temporalibus iure proprio ita vt nō recognoscat aliquo modo in ea iurisdictione aliquem laicum in superiorem, vt quia non habet talē iurisdictionem in feudum a laico, nec alio titulo illam teneat ab eo tunc enim debet appellari ad eius superiorē ecclesiasticū, *c.Romana § debet de appellat. in 6.Aufrer. in tract.de potest.iud. eccles.super laicis,& eorum bon. n. 14.vers. decimono in 13.tomo* 513 *tract.diuers.p.1.cart.126.*& ratio cur appelletur ad superiorem sæcularē quando iudicat clericus vel episcopus tanquā feudatarius est, quia tunc non iudicat vti clericus, vel prælatus sed vti feudatarius, & vti Dux, Marchio, vel Co- 514 mes, *Bart.& ceteri scribentes in l.si quando C.de appellat.idē Bart.in l.1.§.si quis n.15.ff.de appell. Gail.d.obseruat.30.n.6.lib.1.*& huius rationis ratio est quia idem homo diuersis respectibus, diuerso iure, & diuersis qualitatibus cēseri po- 515 terit, *c.cū cappella de priuileg. c. ex literis vbi glos. in verb.vices duorum de probat. Euerard. in topica iuris in loco de tanquā seu correspectiuis n.4. Andr. Gail in eadem obseruat.30.nu.8.* & ideo videmus quod si quis est eiusdem ecclesiæ episcopus, & canonicus quādo sedet vti canonicus sedebit in stallo, & loco canonico competenti, *glos.in c. a collatione in verb.prælatus de appell. in 6.Tob. Noni. cons.72.n.6.Cassan.in catalago gloriæ mundi p.4.consid.45.car.mihi 97. Menoc.in tract.de arb. iud.casu 68.n.23.& cons.51.n.43. lib.1.& cons. 902.n.72.lib.10. quibus locis multos alios allegat Frec.in tract.de subfeud.lib.1. in c.seu sectio. incip. alia etiam fuit qō Vinc. de Franc. dec.138.per tot. Nauar.cons.4.n.4. in tit. de maior. & obed. lib.1. Purpur. in l.1.n.197. ff.de offit. eius cui mand. est iurisd.Gonzal.in lib.variar.qō. c.14. nu.7.8.& 9.*

homo pot diuerso iure censeri

516 sic ēt si episcopus est consiliarius principis in loco consilij sedebit vti consiliarius, nec præcedet præsidentē illius cōcilij, *ita Menoc. d.cōs. 902.n.73.Purpur. in rub. præd. nu.203.Vinc. de Franc.ead.dec.13.n.4.* Et parimodo si rex iudi- 517 caret in aliquo comitatu quem ab alio recognoscit erit appellandum ad principem superiorem comitatus, *Bar.in l.1.§.si quis n.15.ff.de app.Rom.cons.422.Gail obseru.30.n.7.li.1.*& ita seruatur (vt audiui) in regno Neapolis in comitatu fundi, qui comitatus licet sit ducis Sabionetæ D. & principis absoluti in partibus Lōbardiæ nihilominus in negotijs spectantibus, & vertentibus in d.comitatu, in quo recognoscit superiorē Regem Neapolis appellat ad magistratus ipsius Regis, & sicut qñ clericus est delegatus laici est procedēdum prout 518 dictum est, ita e contra si laicus esset delegatus clerici tunc erit appellandum ad iudicem Ecclesiasticum ab eius sententia, *Henric. Bohic in c.clericis,n.3.ne cler.vel monac.* vbi dicit, ꝙ si aliquis prælatus habet iurisditionem temporalem, tunc si ipse alicui causam committat, dēt appellari ad eumdem prælatum, licet delegatus fuerit laicus.

519 Ampliatur 64. dictus effectus, siue regula, quod clericus non pōt conueniri corā iudice laico, vt procedat, & locum sibi vēdicet in clerico penitus illiterato, qui licet non debeat ordinari, nec ei conferri prima tonsura, *vt in c. nullus de tēpor. ordin. in 6.& in c. præcipimus 34. dist.* attamen si reperitur de facto ordinatus fori priuilegio gaudebit ex quo ei fuit caracter impressus, *c.cum in cunctis de elect. Soc.in c.peruenit,n.94.de sent.excom.* & quis dicat penitus illiteratus, & multa alia ad præsentem ampliationem spectantia dixi sup. in prælud.n.73

Ampliatur 65. prædictus primus effectus, 520 ita vt si sunt duo instituti hæredes vnus, scilicet laicus, & alius clericus, namq; in diuisione facienda si inter eos discrepent tenent adire iudicem ecclesiasticum, qui talem controuersiā dirimat, *Bar.in l.solent in pe.col.ff.de alim.& cibar.lega.Mars.in repe.rub.ff.de fideiuss.n.153*

521 Ampliatur 66. prædictus primus effectus, vt etiam clericus possit conuenire laicum coram iudice ecclesiastico pro re ad ecclesiā spectante, *c.si clericus laicum vbi Soc.sen.& Abb. de foro compet. Doct.in c.cū sit generale eod. tit. Affl. dec.257. vbi Vrsill.in adnot. Viu.dec.27.n.1.* vbi dicit, quod hæc ampliatio procedit si clericus allegat perorrescentiam aduersarij, *Anna alleg.146.n.3.Mart.Vran.Vltramon.cons.7.n.9.in fi.lib.1.Campan.super c.Regni Neapolis c.42. rubr.vt iustitiarius discurrat n.10.car.mihi 111.Amod. a Ponte in tract.de laudim. q.51.n.3. Marc. Cala in tract.de modo artic.& proban.§.1.gl.1.nu.87. Iac.de Carol.in gemmato panone, colore 6. nu. 28. Burg. in tract.de laudim.p.3.inspect.1.n.6.& seq.* vbi loquitur in clerico petente laudimium a laico, *Osasc. dec.31.n.3.& 6. qui asserit hanc esse* * *com.* opi.Lapus alleg.58. n.9.& 10. Marant. in pract.p.4.dist.11.n.6. car.mihi 192.& cons.37. n.4. Maluas.cons.73.n.12.Berrett.cons.8.n.2.Sigism.Scac.in tract.de iud.p.1.c.11.n.50.Hartman Hartman.in lib.2.miscell.c.2.obser.3.n.1.& p tot.*

Sub-

Subampliatur prædicta cõclusio,& amplia tio,vt possit talẽ laicum conuenire corã iudice ecclesiastico,tàm si agat actione reali,quàm personali,*Abb.in c.si clericus laicum in princ.col.4.de foro competent. Ofasc.d.n.3.* etiã subampliatur quando laicus promisit clerico eum præferri in alienatione rei suæ in casu vendirionis fiendæ per eum quia tunc potest cõueniri coram iudice ecclesiastico, *vt post multos dixit Menoch.consil.1161.nu.10.lib.12.*

522 Limitatur 1. eadem ampliatio vbi laicus, ita conuentus probabiliter negaret rem petitam spectare ad ecclesiam, *d.c.si iudex laicus de foro compet. Aufrer.in tract. de potestat.iudicis eccles.super laicis,& eorum bonis,n.31.casu 39.in fi. in 13.tomo tractat.diuers.p.1.cart. mihi 127.* qui asserit quod ita cõmuniter seruatur in Regno Franciæ, *Anchar.in reg.ea quæ in 7.q.prin.de reg. iur. Franc.Marc.dec.61.n.5.p.1.Berrett. cons.8.n.3.vbi all.gat Hostiens.& Fel.in d.c. si clericus laicum Artman.d.obseru.3.n.4.* qui dicit,quod ista negatio excludit iurisdictionẽ iudicis ecclesiastici,& quod tunc laicus debet conueniri coram suo iudice sæculari.

523 Limitatur 2.vt tantũ procedat dicta amplia tio data violentia, rapina, vel fraude alias in cæteris casibus clericus nõ habebit fori electio nẽ vt si vellet agere hypotecaria,vel reiuendicatione,*ita Affl.dec.257.n.2.ver.sed illum capitulum intelligitur,& in constit. statuimus, la 2. nu. 17. vers.nisi data Campan.super c. Regni Neapol. incipit quoad decreta,n.10.prout hos refert,& sequitur Marcell.Cala in tract.de modo artic.& prob.gl.j. n.88.* idẽ dixit *Artman Artman.in li.2. miscell. c. 2.obseru.3.n.3.& 5. vbi ad hoc allegat gloss. Bart. Bald.& cæteros scribentes in Authen. vt nulla cõ-*

524 *munitas,C.de episcop.& cler.* & ad hàc vltimã limitat. vide quæ dicã infra ampliat. 80. n.533. quomodo vero, & quando præstetur istud iuramentũ petorrescentiæ, & an admittat probationẽ in contrariũ vide *Paul. de Monte Pico cons.88.per tot.Cacheran.cons.69.n.11.*

525 Ampliatur 77. dictus primus effectus,quod clericus non potest conueniri nisi corã iudice ecclesiastico vt procedat etiam in clerico deposito pro delicto inducente irregularitatem prout est homicidiũ, vel mutilatio mẽbrorũ, quia is talis non perdit priuilegiũ fori, sed remanet sub iurisdictione iudicis ecclesiastici donec degradetur,si est degradandus, *c.dictum 81.dist.Scribentes omnes,& præcipue Abb.& Dec. n.6.in c.cum non ab homine de iud.* idem *Abb. in c. non potest de re iud.& ff.si ex noxali cauſ. agat. Socin.in c.ad abolend.n.21.de hæret. Decian. in tract. crim.p.1.lib.4.c.9.num.19.*

526 Ampliatur 78.etiam si clericus tẽpore promotionis iam irregularitatẽ incurrisset, quia irregularitas non impedit quin caractet imprimatur, *Abb.in c.cum non ab homine,num.5.de iud.& in c.cum illorum circa medium de sentent.excomm.Innocent.in c.1.de scismat. Cepoll. cons. 11. n.11.& 12.in crim.Simon Maiol.in tract. de irregul.lib.4.c.33.n.1.* vbi dicit, quod irregularis q facit se ordinari recipit caracterẽ actu,& habitu,& fit verus sacerdos, & vt ver' sacerdos accipit potestatẽ super consecratione Euchari-

527 stiæ, *alleg.Archid.in c.Apostolicæ dist. 56.* & vlterius dicit, quod hoc procedit etiã si ordinans esset irregularis: est bene verũ quod irregularis,ita ordinatus nõ habebit ordinũ exequutionem,& si auderet ordines ministrare incurreret nouã irregularitatem, *Maiol.& Archid.in lo*

528 *cis præcitatis, Nauarr.cons.37.n.2.in titu. de tempor.ordinand.in 1.tomo,cart. mihi 120.* vbi dicit idem esse in clerico suspenso.

529 Et dicitur ordines ministrare si dũ est subdiaconus ascendit ad diaconatum, vel dũ est diaconus ad presbyteratũ,& ex isto solo ascẽsu fit irregularis,tanquã ordinum administrator vt dixi,quod secus est si irregularis recipit ordines minores,namque is peccat tanquam canonũ transgressor,sed nõ fit irregularis, *Maiol.d.c.33.n.3.* Et aduertendũ est quod ad reci-

530 piendos ordines minores quilibet episcopus potest dispẽsare cũ irregulari, quo vero ad ordines sacros solus Papa potest, ita est determinatũ *per sacrũ Concil.Trid.sessi.24.de reform. c.6.*

531 Ampliatur 79. prædictus primus effectus, quod clericus non potest cõueniri nisi coram iudice ecclesiastico,vt procedat etiam si dubitaretur an quis esset clericus,vt quia antea nũquam incessit in habitu,& tonsura, nunc vero reperitur in eo incedere,& habere,tõsurã,quia quis talis in dubio præsumendus est,qualis in sui figura,& habitu nunc reperitur *est text. & ibi Doctores in c.si iudex laicus de sentent. excom.in 6.& in c.in præsentia,eod.tit.& in c. qualis 25.dist.& in c.quisquam 24.q.2.Boer.dec. 171. n.13.Masullus add.ad Capic.dec.171.n.6.Decian. in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.n.25.* vbi hãc ampliationem limitat quando is talis de quo dubitatũ

532 esse omnino,& penitus literarũ ignatus, quia non potuit ordinari, *c.fin.de tempor.ordinand. in 6.* & hæc præsumptio tanquã vehemẽtior tollit illam,quæ prouenit ex delatione habitus,& tonsuræ, *ita Io.Andr.in d.c.si iudex laicus Lucas de Penna in l.expertes,n.7. C.de decur.lib. 10.* Et qua de materia clerici penitus illiterati iam lo quutus sui supra in præludio num. 73. ideo ad ibi dicta me remitto.

Ampliatur 80.vt clericus trahat coram suo iudice ecclesiastico laicũ qui eundem clericũ

533 spoliauit. *c.in canonibus 26. q. 1. Oldrad.cons.73. Innocent.in c.cæterum de iud.Fel.in c.ecclesia S.Mariæ,n.7.& 8.ver.adde etiam de constitut. Artman. Artman.in lib. 2.practicarum Forensium, siue Miscella.*

scella.c.2.obseruat.3.n.3.6.& 7.Caualca. dec.44. n.107.& decis.45.nu.72.lib. 1. vbi ad hoc allegat glos.in c.si clericus,& in c.cum sit generale,& ibi Innocen.& Doctores de priuileg.Dec.in c.sicut n.9.& seq.eodem titu.Gemin.in c.dilecto,nu.2.de sentent. excomm.in 6.& in c.episcopus,n.1.3.q.2. Marant. in pract.p.4.distinct.11.nu.6.cart. 83.Dom.Cum. super ritu M.R.C.istius Regni c.38.nn.145.& seq. cart.200.& n.439.n.227.Lapus alleg.65.num.4. & allegat.72. num.2. & seq. Alexand. cons.103. in fin. volum.5. Hieronym.de Monte.q.20. nn. 20. & vltra prædictos idem dixit etiam Amod. a Ponte in tract.quis sit iudex in causa feudi, nu.67.

Ampliatur 81.dicta conclusio, quod iudex laicus non potest se ingerere in causa clerici conuenti, vt in tantũ sit vera quod nec etiam clerici possint capi, & carcerari per officiales laicos, *Abb.in c.vniuersitatis,n.11.de sent.excõm. Lancell.in tract.de prætore,in tit.de captura, nn.11. cart.mihi 462. Zabbarell.cons.12.n.3. Mars.cons. 126.n.23.Zerola in praxi episcop.in verb.clericus, §.2.Marian.Soc.iun.in c.peruenit, n.287.cũ plur. seq.* vbi dicit,quod capiens est excõicatus,tàm si est persona priuata,q̃ officialis, tàm si clericus detruditur in carcere publico,q̃ in priuato,& tàm si incarcerat ligatis manibus,q̃ nõ, & tàm si vere capitur & carcerat,q̃ si ponitur sub custodia,ita vt non possit libere, & ad suũ libitum recedere, & tàm si carceratio fiat sine manus iniectione, vt quia clericus pp minas, & terrorẽ se ipsum carceri manciparet, quàm cum manus iniectione.

534 — birroarij laici quan. de appre hendere clericum.

535 Limitatur 1. prædicta ampliatio 81.quãdo clericus esset repertus sine habitu quia tũc per officialẽ laicũ poterit capi,licet cõstito de clericatu debeat statim remitti p capiẽtẽ ad iudicẽ ecclesiasticũ, *Alex.Rand.cons.17.n.16.lib.2.*

536 — infra n.556. Limitatur 2.vbi officialis caperet clericũbo no zelo ductus, vt illũ, scilicet præsentaret suo iudici, *Alex. in l.si quis ff.de furt. vbi alios allegat Abb.in c.cum non ab homine de iud. vbi etiã Dec. n.34.& Alciat.n.46. Marsil.d.cons.125.n.26.vbi alios allegat,& in pract.crim.§.attingam,n.71.* qui etiam nu. 26. dicit, quod hoc non solũ potest fieri a iudice, verũ a qualibet priuata persona, *quod dixerunt etiam Bart. in l si quis in seruitute ff. de furt. Bald.in l.si qua per calumniam, C. de episc. & cler.& in c. 1.§.si quis vero de pace iuram. firm. Florian.de S.Petro in l.4.ff.ad l.Aquil.*

537 Limitatur 3.quando clericus esset repertus per officialẽ laicũ in fraganti crimine hoc est in actu delinquẽdi, vel parũ post ex quo tunc poterit capi a iudice seculari, vt infra 24. horas illũ suo iudici ecclesiastico remittat, *Bart. in l.si quis in seruitute,n.2.ff.de furt.& in l.si miles C.de exhiben.reis Bal.in d.lege si qua per calumniã, C.de epis.& cler.& in Authen. statuimus eod. tit. Lapus allegat.126.n.4.Doctores in c.cum non ab homine de iud.Florian. de S.Petro in d.l.4. Clarus in §.fina.q.28.n.6.Io. And.in c.vt famæ de sentent. excomm. Card.in clement.1.q.1.de offic.delegat.Fely.in c.si vero n.2. de sentent. excomm. Turrecrem. in c.presbyter n.3.1.dist.Octau.Vulpell.in tract. de libert.ecclesi.p.2.n.38.Io.Gartias Hispan. in tract. de nobil.gl.9.n.32.& 39.* vbi declarat qñ, & in quibus criminibus iudex secularis possit pcedere ad capturam clerici, *Plot.cons.24.n.22. vbi alios allegat Marant.in pract.p.4.dist.11.n.69 car.mihi 204.Hieron.de Cenall.in Specu. pract.qõ. cõ.contra comm.q.267.n.5.* vbi dicit,quòd iudex & officialis secularis nõ dẽt pcedere ad capturam clerici nisi ex magna causa, & in grauissimis delictis in quibus timetur de fuga, *Scac.in tract.de iud.p.1.c.11.n.99.& c.78.n.5.vers.amplia,Menoc.in tract.de arb.casu 180.n.18.23.Tib. Decia.in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.n.118.* vbi alios allegat *Scappa in tract.de iure non scripto lib.1.c.1. n.11.& c.4.n.6.Mars. in tract. de bannit. in verb. indice,n.197.219.& 1 verb.capti,n.36.37.& seq. Fulu.Patian.in tract.cui incumb. onus prob. negat. lib.2.c.34. in add.lit.F. Iac.de Graff.in dec.aur.p. 1.lib.4.c.18.n.152.Intrigl.sing.58.n.1.& 3.lib. 3.* vbi alios allegat *Masull.in add.ad Capyc.dec.155 n.13. Ias.in l.iurisdictioni,n.16.ff.de iurisd. omn. iud. Rom.in l.de pupillo,§.si quis riuos,n.5.ff.de noui oper.nunciat.Io.Aloisi.de Leo in Authen.casa n. 19.C.de sacrosi.eccles.Henric Bohic in d.c.cum nõ ab homine n.2.Cabell.super consti.Egid.lib.5.c.1.gl.1 n.18. car.mihi 320.Marian.Soc.iun. in c.peruenit, n.298.& seq.de sent.excom.* vbi dicit, quòd statĩ post capturam dẽt illum tradere suo iudici, *Bertacc.in suo reper. in verb.clericus in crimine deprehensus duobus locis, Suarez incom. opin.in verb. clericus,n.112.Lancell.in tract.de prætore in tit. de captura,n.11.cart.mihi 462.* q dicit, quod tunc clericus dẽt statĩ duci ad suum iudicẽ ecclesiasticum, *Bosi.in tract.cri.in tit.de foro comp.n.150.*

538

539 Ampliat primo prædicta tertia limitatio, vt clericus repertus in fraganti crimine nõ solum possit capi a iudice, vel alio officiali verũ ẽt à quolibet priuato, *Bart.in l.si quis in seruitute,n.2.& ibi addentes in lit.A,ff.de furt. Plot. d. cons.24.n.22.Abb.in præcitato c.cum non ab homine,n.11.& 17.de iud. Fel.in c.si vero n.2. in princ. de sent.Ang.in tract.malefit.in verb.quod fama publica,n.65. vbi August.in add.in fi. Cumia super ritu Magnæ Curiæ istius Regni Siciliæ c.54.nu.144. Clarus in §.fi.q.28.n.6.Farin.in tract. crim. q.8. n.122.Scappa in tract. de iure non scripto lib.1.c.1. n.16.& c.4.n.6.Scacc.in tract.de iud.p.1.c.78.n. 5.vers.amplia vbi testatur de com. opin.* & dicit quod ita seruatur in practica.

540 Ampliatur secundo, vt possit illum capere etiam si nulla subsit fugæ suspitio, vel periculum, *Bar.in l.si quis in seruitute ff.de furt.Boer.dec. 215.n.34.Baiard. in add.ad Clar.in §.fi.q.28.n.j.*

Sed

Sed quod immo clericus repertus infraganti crimine non possit capi per officialē laicū vbi 541 non adest fugæ suspitio tenuerunt, *Menoch. in tract. de arb. iud. casu 180. n. 22. Decia. in tract. cri. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 20. vbi testatur de com.* opi. & n. 118. vbi alios allegat.*

Ego vero puto, quod non sit discedendum à priori opinione, & præcipue vbi delictum esset graue & enorme.

Ampliatur tertio prædicta fallentia, vt procedat non solum qñ clericus est repertus in in- 542 fraganti crimine, sed ēt oī casu in quo iudici constat clericū deliquisse dūmodo ipse iudex clericū prædictū ita captū sine aliqua requisitione ad suū iudicē remittat, *Bar. in pluries citata l. si quis in seruitute, ff. de furt. Iac. de Bellouis. in sua pract. crim. rub. de fuga & remiss. facien. n. 66. Ias. in l. 2. col. 4. vers. 4. & col. 6. vers. concludo, ff. de iurisd. om. iud. Scappa in tract. de iure non script. lib. 1. c. 4. nu. 6. in fi.*

543 Ampliat 4. qñ clericus esset repertus de nocte illicite incedēs, qa tunc ēt poterit capi à familia potestatis, vt illū præsentet suo prelato, *Abb. in d. c. cum non ab homine, nu. 15. de iudic.*

544 Et clericus tunc dicit captus in fraganti delicto qñ est captus in actu delinquendi, vel qñ nullus est locus inficiationis, vt quia crimen est notorium de facto, *c. fi. de cohabit. cler. & mulier. c. euidentia de accusat. gl. 1. in c. ex literarum de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adult. & in c. cum non ab homine ēt gl. 1. de iud. & ibi etiam Doctores Alex. de Neuo cons. 59. n. 10.*

Limitatur quarto prædicta ampliatio 81. 545 quando clericus esset inuentus in postribulo, vel in adulterio, quia tunc officialis secularis poterit illū capere, & ducere ad iudicē ecclesiasticum ēt si esset repertus in habitu clericali, *Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. n. 6. qui ad hoc allegat Bal. in l. si qua per calumniam vers. sed quæro C. de episc. & cler. & vltra idem voluit Alciat. in c. cum non ab homine, n. 60*

Limitatur 5. vt dicta ampliatio non habeat 546 locum quotiescunq; officialis laicus caperet clericū, vt obuiaret delicto per eum cōmittendo, quia hoc facere poterit absq; incursu alicuius pęnę, *Abb. Dec. n. 10. & Barba. n. 59. in c. cum non ab homine de iud. Menoc. in tract. de arb. iud. casu 108. n. 20. Farin. in tract. crim. q. 8. n. 120. vbi testatur de com.* opi. Boss. in tract. crim. in tit. de captura, n. 39. Lapus alleg. 126. n. 3. Diaz in pract. cri. canon. c. 114. vers. an aūt Decia. in tract. crim. lib. 6. c. 34. n. 8. & lib. 4. c. 9. n. 118. Zerola in praxi episcop. in ver. excōicatio causa efficiens in vltimis verbis Intrigl. sing. 58. n. 5. lib. 3. Masull. in add. ad Capy. dec. 155. n. 23. Mart. Alph. Viuald. in Cādelab. aur. circa explanationē Bullæ in Cena Domini c. 19. n. 125. Caualc. in tract. de brachio regio p. 1. nu. 86. Alciat. in eodem c. cum non ab homine n. 57.*

547 Limitaē 6. vbi clericus esset fugitiuus tām pcā ciuili, q̄ criminali, qa tunc poterit capi à iudice tpali, *arg. tex. in l. ait pretor §. si debitum ff. quæ in fraud. credit. & eorum, quæ dicit Bar. in l. si quis in seruitute, ff. de furt.* quod ēt expressius dixit *Abb. in c. vt famæ de sent. excom. & in c. cū non ab homine vbi ēt Card. de iud. Caccialup. in tract. de debitor. suspect. & fugit. in 5. q. princ. n. 19. Vulpell. ī tract. de libert. ecclesi. p. 2. n. 39. Vrsill. in adnota. ad Affl. dec. 173. n. 3. Brun. à Sole in cōpend. resolu. posit. iur. in ver. clericus licet debitor. Dec. in l. cui iurisdictio, n. 18. ff. de iurisd. omn. iud. & in eodem cap. cum non ab homine, nu. 41. de iud. & ibidem Henric Bobic nu. 2. & Fely. n. 3. Turrecrem. in c. presbyter, nu. 4. 8. dist. Rebuff. super constit. Galliæ, p. 1. art. 6. gl. 3. nu. 76. Purpur. in l. 1. nu. 585. ff. de offi. eius Ioan. Aloif. de Leo in Authen. Cassa, & irrita, nu. 19. C. de sacrosanct. eccles. Dom. Intrigl. singul. 58. nu. 4. & 7. lib. 1. vbi alios allegat Suarez in ll. Taur. in titu. de comper. l. 2. num. 48. lib. 2. cart. mihi 197 Petr. Bellug. in Specul. princ. rubr. 11. §. videndum num. 17. Farinat. in tracta. crim. q. 8. n. 119. & q. 27. num. 71. Marsil. in tract. de bannit. in verb. capti, nu. 39. & in sing. 43. Card. Alban. in lucubra. ad Bar. in l. si quis in seruitute, nu. 1. ff. de furt. Paris de Puteo in tract. de sindic. in verb. clericus, il 2. nu. 1. cart. mihi 159. & in verb. captura, n. 135. Scaccia in tract. de iud. p. 1. cap. 37. num. 14. vbi testatur de comm.* opin. Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 2. cap. 18. nu. 19. Horat. Carpa. super statut. Mediol. cap. 167. nu. 54. lib. 1. vbi alios allegat Marian. Soc. iun. in c. peruenit, nu. 311. de sent. excomm. Graff. in dec. aur. par. 2. lib. 3. cap. 5. nu. 6.* & isto casu possent etiam sequestrari bona clerici fugitiui per 548 iudicem laicum propter periculum moræ, *ita Caualc. dec. 3. nu. 26. vbi allegat Abb. in c. cum non ab homine de iud. Io. Lopez in ll. Tauri l. 66. nu. 27 Arnon. singul. 86*

549 Primo ampliatur dicta sexta limitatio, vt clericus fugitiuus, & de fuga suspectus non solum possit capi à iudice laico verum etiam à *Innoc. in cap. si vero de sentent. excommun. Card. & Imol. in Clement. prima, de offic. ordin. Ruyn. consil. 4. num. 13. lib. 5.* Immo in causa ciui- 550 li clericus fugitiuus potest capi per suum creditorem absque metu excommunicationis, *Ruyn. cons. pręd. num. 12. qui allegat Io. Andr. & communiter scribentes in pluries citato, cap. cum nō ab homine de iud. Archid. in cap. Abbates, num. 18 quæst. 2. Hostiens. & Butr. in cap. si vero de sentent. excommunic. Imol. in capit. lator de pignor. Abb. in capitul. vt famæ de senteut. excommunic. Cardin. & Imol. in Clement. prima, de offic. ordinar. eumdem Imol. in capit. primo, de deposito, & vltra prædictos idem dixerunt Henric Bobic in dicto cap. vt famæ, num. 12. Felyn. in eodem cap. cum non ab homine, num. 4. & ibidem Alciat. num. 71. Suarez in com. opin. in verb. clericus, n. 113. Cornel.* Be-

Benincas. in tract. de pauper. q. 7. special. 8. n. 13. & 14. Zerola in praxi episcop. in verbo excommunicatio causa efficiens in vltimis verbis, Ias. in l. de pupillo, §. si quis riuos, n. 2. ff. de noui oper. nunc. Hier. de Ceuallos Hisp. in Spec. pract. qq. com. contra com. q. 267. n. 4. Gomez in §. supereſt, n. 60. instit. de act. Caccialup. in tract. de debit. suspect. & fugit. in 5. q. principali, n. 19. & seq. vbi hanc conclusionem ampliat aliquibus modis, Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 2. c. 18. n. 17. & 19. Marſ. in tract. de bann. in ver. iudice, nu. 221. Alban. in lucubrat. ad Bart. in d. l. si quis in seruitute, n. 2. ff. de furt. Andr. Gail obseru. 44. n. 2. lib. 1. Cabell. milleloq. 646. n. 7.

551 Secundo ampliatur, vt hæc limitatio non solum procedat in clerico vere fugitiuo verũ etiam in eo, qui est de fuga suspectus, Henric. *Bohic in d. c. vt famæ de sent. excom. qui ad hoc allegat tex. in l. respiciendum, §. furti ff. de pœnis quod dixit etiam Abb. in pluries citato, c. cum non ab homine, n. 11. 12. & 17. de iud.*

552 Sublimitatur modo prædicta limitatio qñ clericus in causa ciuili offerret idoneam fideiussionem, quia tunc non poterit capi, vt fugitiuus, *Fel. in c. cum non ab homine, nu. 1. vbi etiam Dec. n. 2. de iud. Caccialup. in tract. de debit. suspect. & fugit. in 6. q. princ. nu. 20. Boss. in tract. crim. in tit. de captura, n. 27. Farin. in tract. crim. q. 8. num. 119. Intrigl. sing. 58. n. 4. vbi alios allegat.*

553 Sublimitatur secundo, vbi iudex ecclesiasticus competens ipsius clerici esset præsens in loco, & facillime eius copia haberi posset, quia tũc nõ posset clericus capi authoritate iudicis laici, *ita concludit Arnon. sing. 86.* Et est regula tequod vbi potest haberi copia iudicis priua-

554 tus nunquam poterit capere suum debitorem etiam fugitiuum propria authoritate, *glo. in l. si alios §. bellissime, ff. quod vi, aut clam. Caccialup. in tract. de debitor. suspecto fugit q. 4. n. 12. & q. 7. n. 3. & dixi alias in meo tract. de excep. in prælud. nu. 136.* sic etiam in præsenti casu, quia potest haberi copia iudicis iudicis ecclesiastici clericus nõ est capiẽdus authoritate iudicis laici

Limitatur septimo dicta 81. ampliatio, vbi officialis laicus caperet clericum de mandato

555 episcopi, & iudicis ecclesiastici, *c. vt famæ de sen ten. excom. in 6. Lapus in c. si clericus, n. 1. eod. tit. ẽt in 6. Maria. Soc. iun. in c. peruenit, nu. 278. de sent. excom.* vbi dicit, quod sufficit mandatum generale hoc est de capiendo omnes clericos, verbi graria inuentis cum armis, vel in postribulo, *& in d. c. vt famæ, n. 16. Boss. in tract. crim. in tit. de foro compet. n. 150.*

556 Et in prædictis casibus in quibus clericus potest capi p officiales sæculares ad hoc vt ipse officialis capiens sit tutus in conscientia capiendo clericum debet præcipuam intẽtionem habere, vt illum præsentet suo iudici ecclesiastico, *Abb. in d. c. cum non ab homine nu. 13. & ibi ẽt Barbat. n. 57. de iudi. Ruyn. cons. 4. num. 13. lib. 5.*

557 quod exequi tenetur statim & quanto citius illum captum eidem iudici præsentare, *Ruya. cons. præd. n. 12. vbi ad hoc alios allegat Farin. in tract. crim. q. 8 n. 119. Benincas. in tract. de pauper. q. 7. speciali 8. n. 17.* vbi dicit, quòd si illum quãto citius non præsentat suo iudici incidit in sententiam excõicationis, *Scac. in tract. de iud. p. 1. c. 37. n. 14. in fi.* Quæ tamen conclusio limitatẽ

558 quando clericus esset captus sine habitu & tõsura, quia tunc officialis, qui illum capit non tenetur statim postea illum tradere, & remittere suo iudici ex eo solo quod habitum assumpsit, sed aliunde dẽt constare de clericatu, *Abb. in c. ex parte il 3. n. 3. de priuilegijs, & cons. 34. in fi. vol. 2. Alban. in addit. ad Bar. in Auth. Cassa, C. de episc. & cler. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 69 car. mihi 204. Scapp. in tract. de iure non script. c. 11*

559 *n. 99.* Et captura clerici, tam si fiat per officiales laicos, q̃ per ecclesiasticos semper dẽt fieri cũ magna modestia, & sine iniuria, vel violentia, & etiam sine dedecore ordinis clericalis, *Nauar. in manuali confess c. 27. n. 83. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. n. 152*

Ampliatur 82. vt dictus primus effectus, q̃

560 clericus non potest conueniri coram iudice laico procedat etiam quando officialis caperet clericum de consensu, & voluntate episcopi, quia ad huc non poterit de eius causa cognoscere vti delegatus episcopi, qa episcopus

561 nõ põt delegare iudici laico, vt cognoscat de causis criminalibus clericorũ, *gl. in c. 2. in verb. non præsumat de iud. vbi ẽt cæteri scribentes, & pcipue Abb. n. 5. Alex. cons. 8. col. 2. vers. potest ẽt Imperator lib. 1. And. Barbat. Siculus cons. 45. n. 9. li. 2. Ripa in c. decernimus, n. 34. de iud. ubi asserit hãc esse cõm. opi. Clar. in §. fi. q. 41. n. 5. ver. quæro nũquid Borell. cons. 68. n. 19. Io. Segura Daulot in direct. iud. eccles. p. 2. c. 11. n j. Marches. in tract. de cõ miss. p. 2. c. 3. quarti capituli principalis, n. 40. cart. mihi 490. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 70. Purpu. in repet. rub. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. n. 50. Farin in tract. crim. q 8. n. 4. vers. sublimita & declara, qui dicit istã esse cõem Doctorũ opinionẽ Cavill. de Curte in diuers. seu comprehens. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 124. in fi. Iul. Cæsar Imbr. in tract. de iudice Regni p. vlt. nu. 59. Amod. a Ponte in tract. quis sit iudex in causa feudi, n. 75.*

Subampliat primo hæc ampliatio, vt pcedat ẽtsi cpus causam criminalẽ clerici dele-

562 gasset laico simul cũ clerico, vt de cã cognoscerent, qa laicus ita cõiunctus, nec ẽt de cã criminali clerici cognoscere posset, *Abb. in c. significasti de foro cõp. Hostien. ĩ sũma tit. de offi. deleg. in §. cui possit vers. quid si delegetur Gemin. in cap. 2. §. 1. de iud. in 6. Dec. in c. decernimus n. 5. in fi. de iud. Roland. à Valle cons. 4. n. 4. lib. 1. qui testatur de commun. opin. Clarus dicta quæst. 41. num. 5.*

Fa-

Farin.d.q.8.n.4. verf.limita & declara, qui ambo testātur & asserunt hāc esse cō. opi. Scacc.in tract. de iud.p.1.c.11.n.40.Decia.in tract.crim.p.1.lib. 4.c.9.n.71.Sbrozz.in tract.de Vicario episcopi,li. 2.q.66.n.20.Io.Segura Daulos d.n.1.* Sicut nec poterit delegare causas spirituales laico simul coniunctō cum clerico, *Anch.in c.j.n.3.de cler. cōiug.in 6.& in c.Ioannes n.11.eod.tit. Dec.in c. decernimus n.154.de iud. Marches.eodem c.3.n.41. vbi multos alios allegat.*

563 Subampliat 2.vt nec etiā clerico coniugato inferior a Papa possit causas criminales clericorū delegare, *Abb.in c.2.n.15.de iud.vbi etiam Ripa,n.64.qui dicit, quod hæc est com.* opi. Clarus in §.fi.q.41.n.6.Deci.in tract.crim.p.1.lib.4. c.9. n.72.Io.Segura Daulos in direct.iud.eccl.p.2.r.11. n.1.Rolād.a Valle.cōs.4.n.4.li.1.Sbrozz.eod.n.20.*

564 Limitatur dicta 82.ampliatio,vbi in partibus in quibus est facienda delegatio nō adesset clericus sufficiens, & habilis cui episcopus posset delegare tales causas qa tunc poterit illas laicos delegare, *not. Io. Andr. in c.2.de scismat.Præpos.in c.ex penitētibus,col.2.50.dist. Iul. Cæsar Imbr.in tract.de iudice Regni p.vlt. nu. 60.*

565 Limitatur 2.vbi ꝓ delicto esset inferenda pœna sanguinis,qa tūc nō solū potest illas delegare verū etiam tenetur episcopus, vel alius quisuis iudex ecclesiasticus delegare sententiā ferendā laicū postquā ipse delegans de causa cognouerit, & processum cōpilauerit, *c.sententiā sanguinis,& c.fi.ne clerici vel monachi Bal. in c.2.col fi.de maiorit.& obed.*vbi dicit, ꝙ ētPapa tenet tales causas alteri delegare, *Ripa in d.c.2. nu.44.de iud. Decia. in tract. crim. p. 1. lib.4.c.9. num. 76. in fi.*

566 Limitatur 3.in causis ciuilibus,& tēporalibus,qa poterit episcopus,& quilibet alius iudex ecclesiasticus illas delegare laicis, qa hoc eis nō est interdictū præter potestatē imponēdi cēsuras, *gloss.in c. 2. in verb. non præsumat de iud.vbi etiā Butr.in princ.Abb.n. 5. Bald. nu.10. Fel.n.6.Dec.nu. 5.& cæteri scribentes communiter gloss.in c.bene quidem distinct. 96. & in c. contingit de arbit. Archid. in c. clericū 11. q. 1. Alex.conf. 8.col.2.verf.poterit etiam Imperator,vol. 1.Barb. cōs.45.n.9.& seq.lib.2.Cuccus in instit.maior. lib. 2.tit.6.n.139.& 14. Io. Segura Daulos in direct. iud.eccles p.1.c.11.n.2.Tiber.Decia.in tract. crim. p.1.lib.4.c.9.n.70.Subast.Vant.in tract.de nullit. in tit.de nullit.ex defectu iurisd.n.69.Scac.in tract. de iud.p.1.c.11.n.41.verf.aduerte modo in vltimis verb. Lodulph.Scrader. Vltram.in tract. de feud. p. 10.section.4.n.27.Siluest.in summa in verb. iudex il 1.n.4.*vbi dicit,ꝙ hoc idem procedit in Abbate quando conueniendus esset monacus.

567 Et licet episcopus non possit delegare causas criminales clericorū laico poterit nihilominus in talibus causis sibi assumere assessorē laicū, *Abb.in c.significasti de foro compet. Hostiens.in summa titu. de offic. delegat. §. cui possit verf.quid si delegemus Io.Anono commentario 45. Camill.de Curte in comprehensorio, seu diuersorio iuris feud.p.2.c.2.num.74.*

568 Ampliatur 83.dictus primus effectus,quod iudex laicus non potest se intromittere in causis clericorū vt in tantum sit verus quod iudex laicus,& etiā Imperator non possit cognoscere,& punire clericū committentē crimen lesę maiestatis casu quo illud cōmitteret *Aret. & Dec.in c.at si clerici de iudic.Bertasch.in tractat.de episcop.p.5.lib.45.nu.95.in 13.tomo tract. diuers. in 2.p.cart.mihi 353.Boss.in tract. crim. in titu. de crimine læse maiestat.nu.86.verf. communis tamen est,& in tit.de foro compet.n. 136.& 137. Foller. super constitu.Regni in tit.de episco.& cler.c.de personis clericorum nu.23.& 27. Lelius de Zanchis in tract.de priuilegg.ecclesiasticis priuilegg.85.n.10. Campan.super c.Regni Neapol.c.31.n.18.sub tit.de pena infligen.Falsar.cart.mihi 105. Afflict. omnino videndus super constitut.lib.1.rub. 43. constit. de personis n.6.& 7.& per tot. Berrett.conf.76.nu. 12. & ceteris latius,& copiosius Farinat.in tracta. crim.p.1.q.8.nu. 30.31.& 32. Signor.de Homod. conf.21.col.2.Hieron. Gigans in tract.de crimin.læsæ maiest.tit.quis de crimine læsæ maiest. cognoscere possit n.12.& 16.cart.mihi 126. vbi alios allegat Restaur.in tract.de temperat.q.102.n.10.Anton.Gomes in §.rursus n.24. instit .de action. Scappa in tract. de iure non scripto lib.1.c.7.nu.4. Camill.de Curte in comprahensorior. seu diuersor. iuris feud.par.2.cap.2.num.129.vbi quamplurimo congerit Clar.in §.fin.quæst.36.nu.23.*qui duo vltimi dicunt quod de iure hæc opinio est vera sed de facto principes laici seruant cōtrarium

569 dum eos non remictunt ad suos officiales, & iudices ecclesiasticos sed ipsi per suos officiales in hoc crimine procedunt etiam vsque ad mortem, *Decian.in tractat. crimin. part. 1. lib. 4. cap.9.num.5. vbi ad hoc allegat Bart. ad reprimendum in verb.conditionibus Afinius in tract.de exequut. §.6.cap.49.num.15. Roland.a Valle consil. 4.num.3.& per totum lib.1.* Et huic ampliationi rationem adducunt, *tam Roland.in loco proxime citato quam Farinat. dicta quæst.8.num 24. & 30.& sequent.* scilicet quia hoc crimen non potest commicti per clericum qui non potest dici subditus principi sæculari quam rationem etiam adduxerunt *Boer. in tractat. de seditiosis col.18.versic.præsuppono sexto Boss. in tract. crimin.in tit.de crimine læsæ maiestatis nu. 86.Barbat.in c.at si clerici de iudic.Foller. loco supra citato nu.26.Scappa dicto cap.7.nu.8.Clarus eod. nu. 23.*

570 Et licet hoc ampliatio sit verissima, & de iure sine aliqua difficultate procedat quod non possit de hoc crimine cognosci per iudicē sæcularē non est tamen verū quod laici non pos-

sint commictere crimen læſę maieſtatis cũ cõtrariũ ſit expreſſe *in c. ſi quis laicus 22. q. 5.* vbi habetur quod ſi epũs, vel alius clericus, vel diaconus crimẽ læſæ maieſtatis cõmiſerit degradet, & ſic ille tex. pſupponit quod clericus ẽt epus poſſit cõmictere hoc crimen licet eiuſdẽ criminis cognitio ſpectet ad iudicẽ eccleſiaſticũ, q iudex eccleſiaſticus poſtquã inuenerit clericũ de eo crimine proſequutũ culpabilẽ illum degradare hẽt, & curiæ ſæculari puniendũ tradere *quod ẽt voluit Abb. in c. at ſi clerici in vltimis verbis dum allegando tex. in d. c. ſi quis laicũ*, Di-

571 xit quod ſi clericus presbyter, vel epiſcop' cõiurationẽ faciat cõtra regẽ, & dñum terræ in qua habitat degradabitur ẽt quod non ſit incorrigibilis, & ita degradatus tradit iudici ſęculari prout in aliis atrociſſimis delictis *Gigans i d. tract. crim. læſ. maieſt. q. 63. n. 1. cart. mihi 111.* vbi dicit quod tex. in d. c. ſi quis laicus loquitur in degradatione actuali, *Clar. in §. fi. q. 36. n. 23 qui aſſerit hanc eſſe com.° opi. Curt. iun. conſ. 159. n. 1. Boſſi. d. n. 86.* vbi dicit, quòd hæc opinio eſt fauorabilis ne delicta remaneant impunita, *Villalobs in com. opi. in lit. E, n. 99.* Et rõ huius vltimæ opinionis ſcilicet, quod clerici poſſint cõmictere crimen læſæ maieſtatis cõtra principẽ ſęcularẽ puto quod ſit, qa licet clerici ſint exẽpti à iuriſdõne iudicis ſæcularis nihilominus rõne vniuerſalis dñij quod hẽt princeps tpalis in ſuo ſtatu clerici terrarum ſubditarũ illi principi non eſt dubium quod dicunt naturalitet ſicut originarie eſſe de dñio, & diſtrictu ipſius principis *vt not. cõmuniter Doctores in c. ſi. §. 1. de offit. delegat. in 6. Gigans d. q. 63. n. 3. Clar. in §. crimen læſæ maieſt. nu. 7. Farin. ead. q. 8. n. 28. verſ. 1. quod quatenus Boſſi. in præcitato tit. de crim. læſæ maieſt. nu. 86. verſ. & ideo in qõne*, qui

572 dixit quod licet non ſit ſubditus rõne fori tñ propter domicilium erit ſubditus rõne fidelitatis *Alex. in l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt. Aluar. Velaſc. dec. 100. n. 3.* vbi aſſerit quod clerici nõ ſunt penitus exẽpti quoad oĩa ſed ſolũ quo ad quatuor. ſ. quoad tributa, & quoad capturam quoad forum quoad regimen, & quoad reliqua manent, & cenſent eſſe vaſſalli regii de qua materia latè loquutus fui ẽt ſupra in pręlud. & ideo in c. in adiutorio 10. diſt. habet qd Paulus Apoſtolus ſe ciuẽ Romanũ appellat.

Et licet indubitatũ ſit qd iudex laicus quauis dignitate pręfulgeat nõ poſſit punire clericũ cõmictentẽ crimen læſæ maieſtatis put ſu-

573 pra dictũ eſt nihilominus in iſto crimine non prohibet contra illũ inquirere, & formare pceſſũ quẽ vna cũ ipſo clerico delinquẽte trãſmitteret ſuo epiſcopo, & ab eo tũc poterit deponi, & actualiter degradari, & ita depoſitũ, vel degradatũ tradere eidẽ iudici, qui illũ punire poterit, qa hoc eſt ẽt pmiſſũ in aliis criminibus nõ ſolũ in iſto atrociſſimo *ita Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 7. & 8.* vbi ad hoc allegat *Auth. vt clerici apud pprios epos, §. ſi tamen de criminibus, & Auth. de ſantiſs. epiſc. §. ſi vero crimen, & §. ſi q. c. ſi quis laicus 22. q. 5.* & vltimo tandem reſpondet in contrarium adiectis.

Limitat 1. hæc ampliatio qñ princeps ſæcu-

574 laris hẽt priuilegiũ a S. Sede Apoſtolica qd in d. crimine poſſet ẽt cõtra clericos pcedere put tale priuilegiũ habent Dñi Veneti ex cõceſſione multorum Pontificũ *ita Gig. i tract. de crim. læſæ maieſt. in tit. qs cognoſcet de crim. læſ. maieſt. nu. 20. car. mihi 127. Arnon. diffin. 19.* vbi dicit, qp in vtroq; Regno Siciliæ adeſt cõſtõ hoc expreſſe diſponens, *Aſfl. ſuper cõſt. eiuſdẽ Regni lib. 1. in tit. vbi clericus p maleſitio Camill. de Curte in diuerſ. ſeu cõpræh. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 132.* vbi dicit, qp cũ iſto caſu tractet de re maximi ponderis, vt eſt de ſtatu prĩcipis licet cognitio ſpectet ad iudicẽ eccleſiaſticũ nihilominus Sũmi Pontifices ſemper permiſerunt, vt in tali delicto cũ iudice eccleſiaſtico ad ſit iudex laic', & qd ita alias fuit ſeruatũ in Regno Neapolis.

575 Limitat 2. qñ princeps ſecularis pcederet contra clericũ de crimine læſæ maieſtatis diffamatũ non ad effectũ puniendi illũ pęna ipſi delicto cõdigna, & criminali, ſed tñ vt eũ priuaret feudo ſi qd tenet a principe quia hoc facere põt ſi feudũ non eſt eccleſiaſticum, ſed ſęculare, *Decia. in tract. crim. p. 1. li. 4. c. 9. n. 5.* vbi dicit, qp ita obſeruauit Henricus Imperator, q quoſdã epiſcopos ſuis feudis priuauit *Reſtaur. in tract. de Imper. q. 101. n. 10.*

Et ea oĩa q̃ dicta ſunt de crimine læſæ maie-

576 ſtatis pcedunt ẽt in crimine tonſionis, vel diminutionis monetæ, vel ipſius monetę falſificationis, q̃ crimina ſunt ſpecies criminis læſæ maieſtatis, *Rol. a Valle conſ. 4. n. 3. & per tot. lib. 1. Cãpan. ſuper c. Regni Neapolis c. 31. nu. 17. cart. mihi 105. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rubr. 1. §. 5. verſ. s'il n'agrace n. 49. in fi. car. mihi 193.* vbi dicit, quòd ita ſeruatur in curia Burgundiæ *Gram. dec. 162.* & ita in iſtis delictis vidi pluries practicari, & aliquos clericos fuiſſe remiſſos ad curiam Archiepiſcopalem huius vrbis, ſed circa iſtam Ampliationem dicit Camill. de Curte *in diuerſorio, ſeu compræhenſorio iuris feud. par. 2. n. 130.* quod caueant clerici tale delictum commictere, quia potentiores, & reges in hoc iura parum ſeruant.

Ampliatur 84. vt iudex eccleſiaſticus poſ-

577 ſit punire laicum offendentẽ clericum, *gloſ. in auth. item nulla communitas in verb. eccleſia, C. de epiſc. & cler. Aufrer. in tract. de poteſt. iudicis eccleſiaſtici ſuper laicis, & eorũ bonis, n. 38. verſ. 74. in 13. tom. tract. diuerſ. p. 1. car. mihi 128. Abb. in c. cũ ſit generale, n. 13. de foro comp. Zaccar. in add. ad Clarum in §. fi. q. 77. nu. 2. in liter. A, circa principium, Guid.*

Guid. Papa decis. 562. n. 3. vbi dicit qđ hæc ampliatio ꝓcedit quãdo iudex ecclesiasticus prę uenit in procedendo fecus si præuenerit iudex laicus, & sit secundũ eum iste est vnus ex illis casibus in quibus attenditur præuentio *quod dixit etiã Pappon. lib. 1. tit. 4. arrest. 6.* vbi dicit ꝙ ita fuit iudicatũ in parlamento Grarionopol. *prout eum refert Clarus in §. fin. q. 36. n. 42.* & prædictã ampliationẽ tenuerũt indistinctæ *Scapp. in tract. de iure non scripto lib. 1. c. 3. n. 1. Anna allegat. 146. n. 1. & seq. lib. 2. vbi Fabius in addit. in lit. C. Franc. Viui. decis. 27. n. 3.* qui testat ita fuisse decisum in Audientia Apuliæ, & *nu. 7. & 8.* dicit quod haber fori electionẽ *Hortens. Caualc. in tractat. de brachio regio p. 1. n. 86. & 99.* & ratio esse potest quia iniuria facta clerico dicitur

578 facta, & illata Deo, & Christo cuius legatione funguntur, *c. nulli. 3. q. 1.* Alia est ratio quia cũ hoc delictũ sit mixti fori *vt voluerunt. Hipp. Bonacoss. in com. opin. in vers. clericũ offendens Clar. in*

579 *§. fi. q. 36. n. 47.* sequitur vt illud spectet ad iudicẽ ecclesiasticũ prout cetera delicta mixti fori vt dicã infra in ampliat. immedi. sequẽt. *Abb. in c. quamuis col. 1. de restit. spoliat. Martin. Vrant. vltram. consf. 14. n. 37. lib. 1.* & tangit totã eccle-

580 siam *cap. 2. §. fin. vbi hoc not. Doctores de foro compet. & c. accusatio il 1. 2. q. 7.* ideo eius vindicta cõpetit iudici ecclesiastico, *Viui. d. decis. 27. n. 5. vbi ad hoc allegat. Bald. & Paul. de Cast. in l. 1. §. huius Studij in fin. ff. de iustit. & iur. Anna eadẽ allegat. 146. n. 6.* & ideo ex iniuria facta clerico nascit dupplex actio iniuriarũ vna scilicet ipsi clerico offenso ad satisfactionẽ iniuriæ, altera

581 ecclesiæ cui intelligitur facta iniuria in personã clerici *ita Abb. in c. postulasti de iudit. & in c. parrochianos, & in c. cum desideres, & in c. contingit de sent. excom. Mart. Vran. eod. n. 37.* & perconsequens si iniuria remitteretur ab ipso clerico offenso non propterea censetur remissa ea quæ est illata toti ecclesiæ *c. si is qui 23. q. 4. c. Salonitanæ 24. dist. (ard. in clemen. 1. in princ. de penis*

582 *Doctor. in c. fin. de maledict. Alex. de Neuo in c. nullus n. 4. de foro compet. Anchar. in c. contingit n. 7. & 8. de sent. exom. in 6. Viui. in prætacita decis. 27. n. 6.* in tantum ꝙ si fuerit satis factũ clerico offenso ad huc requiritur satisfatio ecclesiæ *vt*

583 *est tex. in d. c. desideres §. fin. de sent. excom. & declarat Hostiens. in d. c. 2. §. sane in princi. de foro cõpet.* sed contra pręsentẽ ampliationẽ quod immo laicus offendens clericũ possit tãtum puniri per iudicẽ sęcularẽ, & nõ ecclesiasticũ tenuit Io. Aloisi. de Leo *in l. cũctos populos n. 18. C.*

584 *de Summ. Trinit. & Fide Cathol. qui allegat ad hoc l. ordinatio C. de offit. præfect. prætor. Gulielm. de Ludo singul. 53. & Guid. Pap. d. decis. 562.* Sed reuera ipse Guido Papa hoc nõ dixit sed tantũ quod vterque iudex ecclesiasticus scilicet, & sæcularis procedere possunt contra offendentẽ cleri-

585 cum, & quod sit locus preuẽtionis, & quod ita de facto obseruatur, *prout hoc idẽ dixerunt Marsi. in tract. de bannitis in verb. iudice n. 208. Scappa in tract. de iure non scripto lib. 1. c. 3. n. 2. & c. 11. n. 13* Ego vero in ista conclusione puto ꝙ vera reso-

586 lutio sit vt vterque iudex possit procedere quia per iniuriã illatã clerico vtraque maiestas cẽsetur offensa, & sic quod tẽporalis possit procedere, & punire offendẽtem clericũ pro delicto principali vtputa pro homicidio, verberibus, vel alia quauis iniuria, & ecclesiasticus pro sacrileggio, & ideo iudex ecclesiasticus imponet penas spirituales, & secularis penas tempora-

587 les, cũ pena tẽporalis nõ tollat spirituale nec e contra *Amod. in tract. de sindi. n. 179.* vbi dicit ꝙ ita seruarur in practica *Clarus in §. fin. q. 36. nu. 42. in fin. & q. 57. n. 12. Scappa in tracta. de iure non script. lib. 1. c. 11. n. 13. 14. & 15. & c. 3. nu. 3.* & licet ipse Scappa *d. c. 11. n. 16.* distinguat aut ille talis qui offendit clericũ fuit suffitienter punitus, aut non, si sufficiẽter fuit punitus, & habuerit penã delicto condignam ab vno iudice tunc amplius puniri nõ posset quia de eodem delicto quis pluries puniri nõ potest aut non fuit suffitienter punitus, & tũc poterit alias puniri ab alio iudice nihilominus hæc distinctio (attẽtis hijs quæ prius dixerat) nexio quomo-

Limitatur nono prędictus primus effectus, quod iudex laicus non potest cognoscere de 857 causa clerici, vt non procedat qñ iudex cognosceret de causa non vti iudex, sed tanquã compromissarius, vt quia clericus cõpromitteret de aliqua causa in iudicem ordinarium loci, quia hoc bene facere poterit & laudum cõtra eum latum erit validum, *c. contingit de foro cõpeten. Bellam. in repet. c. Romana, n. 6. de foro cõpet.* quæ repetitio est posita post eius consil. quam limitationem intelligas, vt tunc demum va- 858 leat cõpromissum factum per clericum in iudicem laicum qñ fit in laicum, vt in arbitratorem secus si fieret, vt in arbitrum, *ita Andr. Gail obseruat. 37. in fin. lib. 1.* vbi dicit quod tunc sententiam valet in vim pacti, *Dec. in c. at si clerici, nu. 2. de iud. qui testatur de comm.* * *opin. Farinac. in tract. crim. q. 8. num. 24. limit. 1. Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. nu. 37.*

Et clericus poterit ad eius libitum facere 859 compromissum tũc solum qñ tractatur de rebus tẽporalibus, tàm ecclesiæ, quàm sui patrimonij secus de spiritualibus, quia de eis non potest fieri compromissum nisi in clericum & personam ecclesiasticam, *c. contingit a contrario sensu & c. per tuas de arbit. gl. 2. in c. decernimus, de iud. Sal. in l. si quis ex consensu n. 3. de episc. audien. gl. 2. in c. dilecti filij de arb. vbi Doctores cõmuniter & præcipue Abb. & Bero. nu. 26. qui testatur de com.* * *opin.* licèt nu. 27. & seq. de ipsa opinione satis dubitet circa tẽporalia ecclesiæ & respondet iuribus adductis pro ea, *Camill. Borell.* 860 *super pragm. Odia litium §. 2. gl. 1. nu. 350.* Sed de licentia episcopi poterit fieri compromissum de re spirituali in clericum & laicum coniunctim & non aliter, *not. in d. c. cõtingit de arb. Sal. d. nu. 2. Borell. in præcit. glo. 1. nu. 352.*

Et quod non possit fieri compromissum de 861 bonis temporalibus ecclesiæ sine licentia episcopi dixerunt, *glo. & Abb. in c. si diligẽti, de foro cõpet. Anan. in d. c. contingit, n. 3. de arb. Anch. in c. cum tẽpore, nu. 4. & in c. peruenit, nu. 3. eod. tit. de arb. Fel. in c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constit.*

862 Limitant decimo in clericis portãtibus, arma, qui possunt per officiales laicos capi, & armis spoliari, & arma tunc applicantur ipsi capienti, nec iudex ecclesiasticus poterit illa pretendere, *Couarr. in lib. pract. q. c. 33. n. 7. vers. vt quinque tamen vbi latissimè loquitur de præsenti fallentia Aufrer. in tractat. de potestat. iud. laici reg. 1. fallent. 13. n. 21. in 16. to. tract. diuers. cart. mihi* 288. vbi dicit quod isti clerici portantes arma possunt ciuiliter puniri per iudicẽ laicũ, *Frãc. Viu. decis. 26. nu. 5. vbi alios allegat Alex. Rauder. cons. 17. nu. 24. lib. 2. Io. Alois. de Leo in Authen. Cassa, n. 19. C. de sacros. eccles. Pet. August. Morla in empor. vtriusq. iur. p. 1. tit. 1. q. 16. nu. 17. Octau. Vulpell. in tract. de libert. eccles. p. 2. n. 37. vbi multos alios allegat Lelius de Zanchis in tract. de priuil. eccles. priuil. 85. n. 12. Dec. in c. cum non ab homine, n. 40. de iud. Cassan. super consue. Burg. rubr. 1. §. 5. n. 79. cart. mihi 203.* vbi dicit quod tũc etiã poterunt pecunialiter puniri, *Pet. Foller. super constitut. Regni in titu. de episcop. & cler. c. de personis clericorum n. 4. cart. mihi 40. & in titu. de hæreticis c. apostatantes, n. 5. cart. mihi 100. Scacc. in tracta. p. 1. car. 78. n. 5. in vltimis verbis Anton. Scappa in tract. de iure non scripto lib. 1. c. 5. n. 1. cum sequẽtibus Iulius Cæsar Imbrian. in tract. de iudice regni p. vlt. n. 72. 74. 75. & 79. qui asserit quod ita seruatur in Regno Neapol. Petr. Belluga in Specul. princ. rub. 11. §. dubitatur vers. indifferenter n. 11. Clar. in §. fin. q. 36. n. 22. Pet. Cened. in collect. iuris canon. p. 1. collect. 37. num. 17. Io. Redin. in tract. de potest. princ. in verb. non solum armis decoratam in 2. p. n. 163. Alfon. Alceuedo in lib. 1. nouarum compilar. tit. 3. l. 9. num. 3.*

863 Sic etiã in simili dicunt de clerico reperto exercere prohibitam venationẽ, vel piscationem qui poterit spoliari a iudice sæculari vel suis ministris auibus, vel canibus, vel alijs instrumentis prohibitis, *ita Salsed. in add. ad Diaz in pract. c. 65. in fin. Pet. August. Morla d. q. 16. n. 16. 17. & 18. Cenedus d. collect. 37. n. 19.*

Et licet in casibus prædictis clericus possit armis, vel canibus spoliari, nihilominus nõ poterit pæna aliqua a sæculari potestate constituta puniri, nec aliquo modo secundum leges ciuiles iudicari, sed secundum constitutio-

nes

nes episcopales, quæ si nõ adsunt veniunt puniendi arbitrio iudicis ecclesiastici, Io. de Platea *in §. itẽ lege Iulia Institut. de publ. iud. Couarr. d. c. 33. nu. 7. Imbrian. d. par. vlt. nu. 76.*

864 Sed apud Gallos officiales sęculares puniũt clericos arma deferentes pœna pecuniaria, & hoc vt aiũt ex indulto Romani Pontificis sibi concesso, *Couarr. loco citato Iulius Cæsar Imbr. eadem par. vlt. nu. 78. Nauarr. conf. 27. nu. 1. & per totum in tit. de sentent. excomm. in 2. tom. car. mihi* 520. vbi late scribit de clericis deferentibus arma & qn & quibus locis solent & possunt puniri per iudices sæculares & quid si adesset consuetudo & Not. quod Nau. & alij affirmãt vt sæculares incidant in excommunicationẽ si arma recepta à clericis vel quod vis aliud nõ restituant.

865 Limitatur vndecimo prędictum primũ effectũ, quod iudex laicus non potest cognoscere de causis clericorum, vt non procedat in clerico qui dum est in minoribus constitutus aliquid agit priuilegio clericali penitus cõtrariũ, *Alex. conf. 8. n. 3. lib. 1. Io. Lupus in tract. de libert. eccles. p. 2. q. 5. nu. 1. in 13. to. tract. diuers. car. mihi 6. Capra in suis regul. in tit. de prorogat. nu. 17. Innocen. nu. 3. & cæteri oẽs in cap. 1. de apostat. Io. de Imola in cap. Ioannes in 3. col. de cler. coniug. Paris. cons. 40. nu. 24. lib. 4. Henric Bohic in c. ex literis, nu. 9. & seq. de vit. & honest. cler. Io. de Anan. in d. c. 1. nu. 10. de apostat. & ibidem Ancher. nu. 2. qui late de hac limitatione scribit & ponit certas distinctiones, Alex de Neuo conf. 59. nu. 7. Roffred. Beneuent. in tract. de iud. p. 1. in rub. positiones rei in reconuentionem, nu. 1. car. mihi 22. Crauett. conf. 191. nu. 7. lib. 2. Bertach. in rep. in verb. clericus vxorẽ ducens Guliel. de Beued. in repet. c. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelesiam dec. 2. n. 149. in 2. par. car. mihi 80. Port. conf. 149. n. 16. & 19. Alphonf. Aluarez in Specul. iuris pontif. cap. 35. vers. accipit vxorem car. mihi 96. circa principiũ Cassan. super consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. n. 64. car. mihi 198. Marcell. Cala in tract. de modo artic. & proband. §. 2. nu. 1219. Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. nu. 4. vers. nunquid autem Capic. dec. 161. n. 1.* qui prout reliqui supra citati ponit exemplum istius fallentiæ in clerico, qui contraxit matrimonium cũ vidua, vel aliter corrupta: aliqui verò inferius citandi ponunt exemplũ istius fallẽtiæ in clerico qui ad militiam asscribi passus fuit, *ita Imol. per illum text. in c. in audientia de sentent. excomm. Marsil. in tract. de Bannit. in verb. iudice, nu. 218. Aluarez d. c. 31. vers. si vero clericus car. mihi 96. Soc. regul. 80. fallen. 8. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. regul. 1. fallent. 20. nu. 28. in 16. tom. tract. diuers. cart. mihi 288.* vbi dicit quod is talis ipso facto est exutus priuilegio clericali, quia hoc faciendo facit actum clericatui contrarium, *Soc. sen. conf. 12. nu. 19. lib. 1. Abb. in c. fin. nu. 1. de cler. coniugat. Bertach. in d. verb. clericus vxorẽ ducens Innoc. eod. n. 3. Gulielm. de Bened. supra citato n. 149.* vbi recenset varios casus in quibus clerici fuerunt exclusi à priuilegio fori ecclesiastici propter militiam,

866 *Gigans in tract. de pensio. q. 55. n. 3. gl. super ritu M. C. V. in tit. de foro cõp. in lit. B, in fi. vers. vigesimo in clerico car. mihi 397 post consti. Regni*, & rõ istius vltimi exẽpli est,

867 qa militia clericalis, & sæcularis videnẽ cõtrariæ, *vt in c. qui in aliquo 61. dist. & in c. diuersis de cler. coniug. & in c. fin. de voto Henric Bohic in c. ex litteris de vita & honest. cler.*

868 Limitatur 12. prædictus primus effectus, quod iudex laicus non põt se ingerere in causis clericorũ qñ iudex secularis cognosceret de causa clerici vti minister iudicis ecclesiastici, & cum assistentia alicuius clerici, vt si esset assessor epi, *c. Monna 11. q. 5. Aufr. in tract. de potest. iud. laici super perso. eccl. reg. 2. n. 21. in 16. to. tract. diuer. cart. mihi 290. Marf. in tract. de bann. in verb. iudice, n. 198.* vbi dicit quod istud bis habuit de facto in ciuitate Firmi contra duos clericos, *Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1. li. 4. c. 18. n. 152 vers. quintus quando*, nec ista limitatio aduersãt ampliationi 97. quia ibi loquutus fui vbi simpliciter epus consensit, iudex sæcularis tãquã iudex sæcularis cognoscat de aliqua causa cõtra clericũ hic vero loquor qñ eps eligit iudicẽ laicũ in suũ ministrũ officialẽ & assessorem.

869 Limitat 13. vt dictus primus effectus non ꝓcedat qñ clericus conuenit, vt repararet ecclesiam ruinã minantẽ, tũ enim põt conueniri per viam extraordinariæ cognitionis corã iudice laico deficiente iudice ecclesiastico, seu eo negligente etiam si esset prælatus, *Aufre. in tract. de potest. iud. secular. super perso. eccl. reg. 2. n. 26. in 16. to. tract. diuers. car. mihi 290.* vbi hoc ꝓbat exẽplo veteris testamenti, *Guliel. in repet. c. Raynutius in verb. domnm, n. 17. de testam. Rebuff. in l. præses, n. 2. de offic. præsidis*, qui aũt teneat reparare ecclesiã ruinã minantem, & ad

870 hoc possint cõpelli ponunt Dominus, & præceptor meus in Almo studio Romano *Paris. in tract. de resign. benefic. lib. 3. q. 15. per tot.* vbi more suo docte, & late de ista materia loquit, *Borell. conf. 2. n. 12. 13. 14. & 24. Rebuff. conf. 135 n. 5. & 9. Surd. conf. 62. n. 1. 5. 9. 10. & 11. Borgin. in suo repert. in verb. ecclesia, Ferret. conf. 368. n. 3. & 10. lib. 2. Marf. in tract. de bann. in verb. ecclesia n. 152. Goffr. in summa tit. de eccl. ædifican. per tot. Ancher. in c. de ijs, n. 2. eod. tit.*

871 Et aduertendum est quod clericus, qui tenet reparare ecclesiã si illã non reparat peccat mortaliter, *Fel. in c. per tuas, il 2. n. 2. de simon.*

Isti duo numeri fuerunt sublati 872 873

874 Limitatur 15. qñ clericus conueniret ꝓ tributis, & gabellis casu quo ad illas tenet, vt in tri-

tributis,& gabellis præteritis ante quam prædium perueniret ad clericum naq; pro eis conueniri poterit corā procuratore Cæsaris, *Bertac.in tract.de episc.p.5. lib.4.n.96.in 13.to.trac. diuers.cart.mihi 353.Sal.in Auth.sed periculu, C. fine consen.vel reliq.Alber. in Auth. statuimus, C. de episc. & cler.prout eum refert & sequitur Egid. Thom.t.in tract.de gabell. in §.seu sectione incipiente videndum nunc est,n.3.car.mihi 247. & n.10. car.256.& n.15.car.265.Aufr.in tract.de potest. iud.laici super perso.eccl.reg.2.fall.27.in 16.to.tract.diuer.car.mihi 291.vbi alios citat Bald. in l. de his,n.1.C.de episc.& cler.Tiraq.in tract. de retract. Lignag.§.32.gl.vnica,n.80.qui et concordantes cōgerit Boss.in tract.crim.in tit.de foro comp.nu.149 Remig.de Gonn.in tract.de carit.subsid.q.67.n.52 in 15.tom tract.diuers p.2.car.mihi 185.gl. super ritu M.C.V. in tit.de foro comp.vers.2.reg.car.mihi 397. post constit.Regni Maccabr.cons.44.n.44 Apostill. ad Matthes.sing.110.Pet.a Petra in tractā.de potest.principis,c.4.n.38.Foller.super cōst. Regni in tit.de sacros.eccl.c.item statuimus n.8.car. mihi 34.* vbi dicit quod isto casu clericus potest conueniri corā laico actione reali tm̄,non autem personali, qa in psonam clerici laicus nullā potest hēre potestatē,vel iurisdictionē, & hoc idem vr̄ sentire Egid. Thom.t. in loco supra citato,n.11.& 12.vbi ponit quo ordine,& modo conueniri debeat an scilicet,in solemni forma iudicij an vero summarie simpliciter, & de plano sine ordine iudiciario quod non pcedit qñ prædia perueniunt, & sunt in dñio clerici, q1 pro eis dēt clericus conueniri corā suo iudice ecclesiastico.

Limitant 16. prædictum primum effectū,
875 vt non procedat qñ clericus communi opinione esset habitus pro laico,vt qa iam dimisisset habitum & tonsurā,& in laicali habitu fuisset deprætensus,quia tunc cognoscit ā iudice seculari,& non ecclesiastico, *Cepoll. cons.11.n.40 in crim. Anan in c.praeterea,nu.9.de apostat. Crot. cons.204.n.11.lib.2. Aufr.in tract. de potest. iud. secul.reg.2.fall.22.in 16.tom.tract.diuers.cart. mihi 290. vbi testatur de magis comm.* opin. Calder. cons.22. n.1.in tit.de iud. & foro cōp. Achill. Padroch.cons.40.n.75. Alex.de Neuo cons.59.n.20 vbi dicit quod hac est cōis* opinio,& n.4.5.11.14 & 16. Belluga in Specul.prin. rub.11.§.dubitatur
876 vers. indifferenter, n.4.* vbi dicit quod isti tales priuilegio clericatus solum vti volunt ad penæ subterfugium, & quod labijs clericatū allegant factis verò illum negant, *Scace. in tract. de iud.p.1.c.11.n.82.vers.si vero,* vbi dicit quod
877 hæc fallentia procedit de consuetudine,& nō de iure, q̄ consuetudo potius approbari quā improbari vr̄ ā Concil.Trid. *sess.23.c.6.de refor. Scappa in tract.de iure nō scripto c.1.n.1.lib.3*
878 Et ratio præsentis limitationis est, quia in iudicijs opinio præualet, & præiudicat veritati, *c.rerum 3.q.7.c.ad probandum de re iud. l. Barbarius Philippus.ff.de offic.procons. Paris.in tract. de resign.Benefic.lib.4.q.2.n.21. Crot.cons.præd. n.14.* Sublimita in clerico in sacris,vel in mi-
879 noribus beneficiato,nā secuta forma Concil. Triden.clericus in sacris,vel in minoribus beneficiatus, & si non incedat in habitu & tonsura,gaudet priuilegio fori.

Limitant 17. dictū primū effectū qñ cleri-
880 cus conuentus corā iudice laico distulerit allegare clericatus priuilegium & permiserit se condēnari a sæculari & committi exequutionem & postea allegaret priuilegium clericale, qa tunc poterit & debet a iudice laico condēnari in expensis in quibus fatigauit actorem differendo dictā exceptionē clericatus proponere & allegare, vel cū calūniose ageret cōtra laicum succubuerit, *l.arbitrio §.dolo, ff. de dolo, Bellamera, dec.126. Felyn.in c.exceptionē in princ. vers.& per istū text. de excep. & in c. at si clerici, nu.8.de iud. Boer.super consuet.Bituricen.in tit.des costumes concernans,§.21.col.fin.vers. & vnū singulare Calderin.cons.12. in tit. de iud.Couarr. in lib. pract.quæst.c.33.nu.2.vers.clericus vero Io. Batt. Asinius in pract.§.32. ampl.61.nu.1.& in tract. de exequut.in prin.c.3.n.3.& 4.Vrsill. in adnotat. ad Affl.dec.2.nu.4.& 5.Imol.in d.c.at si clerici,in princ. Cassiad.dec.3.nu.5.in tit.de appellat.Marsil. in l.patri,vel matri,nu.77.ff.de quæst.& in tract.de bannit.in verbo nocturno tēpore nu.14.vbi alios allegat Cappell.Tholos.dec.165.Capic. dec.167. Aluar.Velascus Hispan.dec.65.n.4.Aufrer. in tract. de potest.iud.laici super person.eccles.reg.2.fallent. 33.in 16.to.tract. diuersorum car.mihi 291. Maccabrun.cons.1.nu.28.& 29.& cons.44. nu.20. & 21. Luc. a Pet. in pract. lib.2.c.1.nu.12.Scace. in tract.de iud.p.1.c.73.nu.2.vers.minus obstat quod tarde, Farinac.in tract.crim.q.8.nu.16. Intrigl. in tract.de feud.cent.2.art.94.nu.8. Decian. in tract. crim.p.1.lib.4.c.9.n.115.in fin. Patian.in tractat. cui incumbat onus probandi.negat.lib.2.c.34.n.77. Vinc.de Anna singul.131.Surd.cons.396.n.3.& 5.Natta cons.495.nu.18.lib.3.Medices in tract.de legibus & statutis p.4.q.6.nu.5.vers.8.lex.Dec.in d.c.at si clerici,nu.158.de iud. Cabbell.super constit. Egidian.lib.5.c.1.gl.1.nu.25.cart. mihi 321.Horat. Carpan.super statutis Mediolan. p.1.c.55.nu. 45.& 46.gl. super ritu M.C.V.in tit.de foro cōpet. vers.secunda regula car.mihi 397.post const. Regni Marant.in pract.p.4.dist.8.nu.5.car.mihi 148.& dist.6.nu.54.car.131.& dist.11.nu.6.car.203.* quidquid in contrarium dixerint Roland. a Valle *cons.12.nu.42.lib.2.& alij allegati per Surd. d.cons.396.nu.28.lib.3.*

881 Ampliatur ab aliquibus prædicta limitatio vt in tantum sit vera quod clericus condemnatus ad expensas propter contumaciam, vel præ-

præsumptā calumniā non debeat frui beneficio, ne exigatur vltra quam facere potest, & debet sibi tantum relinqui quod non cōpellatur mendicare ex quo illud priuilegium perdidit propter suum delictum, *Alex. de Neuo in c. reprehēsibilis, n. 54. de appellat. & dicam infra in effectus sequentibus*, secus si fuisset in expēsis cōdemnatus ex quo causam iniustā ignoranter, & sine dolo fuit prosequutus, quia tunc priuilegium prædictum non ammittit, Neuus dicto num. 54.

Sublimitatur 1. prædicta limitatio quando actor sciret reum esse clericū tunc enim clericus non allegans suum forum non poterit ad expensas condemnari, *Maccabr. conf. 44. n. 13.*

882 Sublimitatur 2. vt dicta limitatio procedat qn clericus conuenitur coram iudice sæculari tanquam laicus si cōueneretur tanquam clericus tunc enim non poterit ad expensas condemnari, quia si ammittit ipsam causam principalē, vt dixi supra hoc eodem effectu multo magis ammittere debet expensas, *Io. Batt. Marchesf. in tract. de commiss. p. 2. c. 4. n. 44. cart. mihi 490. vbi ad hoc allegat Cassan. super cōsuet. Burgund. rub. 1. §. 5. & alios Doctores quibus addo Aret. in c. si diligenti, n. 19. de foro compet. & in c. 1. n. 18. 24. 25. & 26. de accusat. & Scappa in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 11. n. 11.*

883 Sublimitatur 3. quādo actor post quā clericus opposuit exceptionē clericatus perseuerauerit prosequendo litē, quia tunc præsumitur quod etiam si ab initio fuisset opposita prędicta exceptio nihilominus idē fecisset, ideo isto casu ad expensas non condemnabitur, *Maccabrun. d. cons. 44. n. 19.* quidquid in ista sublimi-

884 ratione dixerit in contrariū Couarruu. *in lib. practic. quæst. c. 13. in fine.*

Et licet clericus qui distulit allegare excep-

885 tionem declinatoriam fori condēnetur ad expensas nihilominus processus quoad reliqua erit nullus, Aluar. Velasc. *d. dec. 65. n. 4. Farin. eadem q. 8. n. 16. vbi alios allegat.*

886 Nec est prætermittendum dicere quod ista cōdemnatio ad expensas debet fieri, & faciēda est omnino corā iudice ecclesiastico ad cuius iurisdictionem, & officiū pertinet hæc cognitio, quidquid dicāt alij prædicti Auctores, *Gramm. voto 18. nu. 16. Dec. conf. 241. Anna d. singul. 131. Surd. consil. 396. n. 29. lib. 3. & ita intelligendus est Farinac. d. q. 8. n. 17.*

887 Et super quibus bonis debeant solui prædictæ expensæ ponit late Alex. de Neuo *in c. reprahensibilis, n. 50. & plurib. seq. de appellat.*

888 Limitant 18. prædictum primum effectum quod clericus non potest cōueniri coram iudice laico vt non procedat quando clericus se ingereret enormitatibus, vel dimitteret habitum clericalem vel deferret arma vel aliter inhonestam vitam duceret, quia si is postquam fuerit ter monitus prędictis monitionibus no obstantibus ab ipsis enormitatibus, & alijs supradictis non desisterit, & vitam in melius reformauerit etiam si esset constitutus in sacris ammittit priuilegium fori, & per consequens poterit puniri a iudice sæculari, *c. ex parte il 3. vbi gloss. de priuileg. Clement. 1. vbi Anther. de vita, & honest. cler. c. in audientia de sentent. excomm. c. fin. de vit. & honest. cler. c. contingit, il 2. de sentent. excomm. c. vnico de cler. coniugat in 6. Abb. in c. tua, n. 3. de apostat. Marsil. consil. 67. n. 60. & 61 Cepolla, cons. 11. nu. 41. in crimin. Tract. Corrad. in tit. de inquisit. n. 8. in 7. limit. cart. 247. Soc. regul. 56. in 5. & 6. fallent. Boss. in tracta. crim. in titu. de foro competen. n. 127. in fin. & n. 133. & 140. Capra regul. 97. n. 80. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 31. n. 6. vers. 5. hinc apparet Clar. in §. fin. q. 36. vers. quæro an clericus, Anton. Gomez in lib. variar. resol. tom. 3. tit. quando reus gaud. immun. eccles. n. 4. Alex. de Neuo consil. 59. n. 1. & sequentib. & cōs. 60. n. 1. Milleus in pract. fol. 92. n. 7. & 24. Rolād. cons. 4. n. 28. & seq. vol. 1. Viuius in comm. opin. in verbo clerici apostatæ, quos omnes recenset Farinac. in tract. crim. q. 8. n. 6. & vltra prædictos idem dixerunt Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. nu. n. 153. vbi recenset quasdam Bullas Papæ Clemētis, & Papæ Pauli ita disponentes, Brun. a Sole in compend. resolut. proposit. iur. in verb. clericus habitum, Capra regu. 94. n. 8. & 12. qui asserit quod hæc est comm. opin. Croc. consil. 203. num. 10. lib. 2. & cons. 204. 12. eod. lib. Gramm. voto 33. n. 12. 14. & 19. Io. Aloisi. de Leon in l. si qui sub prætextu, n. 4. C. de sacros. eccles. Henric Bohic in c. ex literis, n. 14. de vit. honest. cler. Alex. de Neuo in c. at si clerici, nu. 15. de iudit. Bertac. in repet. in verb. clericus non gerens Fernand. Vasq. in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22 limit. 17. n. 62. Horat. Carpan. super statut. Mediol. lib. 1. c. 44. n. 25. Soc. in c. in audientia nu. 1. de senten. excomm. & in c. contingit etiam nu. 1. eod. titu. Assl. super constitut. apostatantes, n. 11. lib. 1. rubr. 3. de apostatis, Marcell. Cala in tractat. de modo articul. & proban. §. 2. n. 1215. Facchineus cōtrouers. 28. vers. sed contrariam sententiam, lib. 9.* vbi in principio allegat multos, qui tenēt quod non

889 sit necessaria trina monitio, *Petr. Belluga in Specul. princ. rubr. 11. §. dubitatur vers. indifferenter n. 4. & 5. Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 82. qui testatur de comm. opin. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 89. & 104. Marsil. cons. 77. nu. 59. & seq. Soc. cons. 12. n. 19. volum. 2. Aluarez in Spec. iuris pontif. c. 36. vers. item notabis cart. mihi 108. Io. de Lignan. in tract. de censur. eccles. c. 4. n. 28. in 14. to. tract. diuers. cart. mihi 310. Aufrer. in tracta. de potest. iud laici regul. 1. fallent. 19. nu. 27. in 16. tom. prædict. tractat. cart. mihi 288. Fuscus in singul. lit. C. n. 122. Io. Batt. Ferrett. cōs. 145. n. 6. lib. 1. Vital. in clement. 1. n. 56. de vit. & honest. cler.* vbi dicit

quod

quod tunc priuatur priuilegio fori snia iuris, *Abb. in c. cum non ab homine, n. 27. de iud. & in c. 2. n. 9. de vit. & honest. cler. & in c. in audientia, n. 4. & 8. de sen. excom. Cassa. super consuet. Burg. 1. §. 5. n. 55. cart. mihi 195. Glo. super ritu M. C. V. in tit. de foro comp. lit. B, in fi. vers. 21. fallit car. mihi 397. post const. regni Clarus d. q. 36. nu. 19. in prin.* qui multa circa hanc limitationem scribit, & recenset opinionem quorundã, qui tenuerunt quod ẽt nulla præcedente monitione si clericus dimiserit habitũ, & se ingesserit enormitatibus poterit puniri à iudice laico & aliorum, qui tenuerunt quod requirit, vt diu in enormitatibus persisterit, & tandem cõclu dit quod non est recedẽdum ab opinione magis* communi, & a consuetudine approbata, quæ est quod clericus, siue in sacris, siue in mi noribus constitutus, qui dimisso habitu cleri cali aliquod enorme delictũ committit etiam nulla præcedente monitione ammittit priuilegiũ fori, & põt à iudice laico puniri, Nauar. vero *cons. 25. n. 6. in tit. de priuil. in 2. to.* dicit ꝙ si clericus est in sacris constitutus ad hoc vt possit priuari priuilegio fori requirit quod oĩno sit ter monitus, vt desistat ab enormitati-

890

bus alias secus. Ego vero puto non esse recedendũ à priori opinione, quæ est quod clericus, tam in sacris, q̃ in minoribus constitutus nisi trina monitione præcedente non exuatur priuilegio fori propter enormitates, licet i eis per multum tps perseuerauerit, *prout hoc expresse desumitur ex c. perpendimus, & c. contingit, & c. in audiẽtia de sent. excom. & voluit Capra reg. 94. n. 14. & 15.* Sed quoad cõstitutos in minoribus quid sit dispositum de iure nouissimo sacri Concilij Tridentini dicam latius infra in limitationibus sequentibus.

891

Et quia materia præsentis limitationis nõ põt expediri per ampliationes, & sublimitationes, vt hue vsq; a me fuit obseruatum eã expediendã duxi per modũ qõnum, ideo Quęro primo quid si clericus fuerit captus sine habitu in ipsis enormitatibus an tunc dicat ammisisse priuilegium fori ẽt quod monitiones non præcesserint, & dico quod non, *Crot. cons. 204. n. 4. li. 2.* vbi dicit ꝙ istud probat, *in c. si iudex laicus de sent. excom. in 6. Gram. voto 33. n. 11 & 22.* q̃ conclusio pcedit tñ in clericis in sacris constitutis secus in constitutis in minori bus, qui ẽt si non fuerint moniti non poterũt declinare forum isto casu, *ita Butr. in cap. fin. de apostat. & in c. ex parte, il 3. ante finem de priuileg. Capoll. cons. 11. n. 39.* & hoc hodie est expeditũ per sacrum Concil. Trident. sessio. 23. c. 6. de refor. per quod disponit quod clericus in minoribus constitutus ex sola desertione habitus ammittit forum.

de monitione.

892 Quæro secundo quid in clerico coniugato an sit necessaria ista trina monitio ad hoc vt ammittat priuilegium fori ob desertionẽ habitus clericalis, & dico quod non quia eo ipso quod clericus coniugatus dimittit habitum clericalem, & tonsuram censetur exutus omni priuilegio clericali ita vt eo vti non possit, *not. Doctores in clem. 1. de vit. & honest. cler. Archid. Io. Andr. & D. de Sancto Gemin. in c. vnico de cler. coniug. in 6. Capol. d. cons. 11. n. 41. Natt. cons. 356. n. 6. lib. 2.* vbi dicit quod ab hac sñia nemo discrepat, Clar. in §. fi. q. 36. n. 16. vbi dicit quod eo ipso quod clericus coniugatus deserit habitu & tonsuram absq; alia monitione perdit priuilegium fori, Cassa. *super consuet. Burg. rubr. 1. §. 5. n. 59. car. mihi 197.*

893 Quæro tertio quid si monitio non esset par ticularis, sed generaliter per proclama facta quod oẽs clerici assumãt habitũ clericalẽ, & quod desistant à delatione armorũ, & ab alijs enormitatibus, vel similib⁹ alias priuant priuilegio fori clericalis, & dico quod talis gene ralis monitio nihil operat, sed requirit quod sit trina monitio, & personalitet, ac nominatim facta *clemen. diœcesanis de vit. & honest. cler. vbi gl. in verb. nominatim Abb. & cæteri scribentes in c. fi. de vit. & honest. cler. & in clemen. diœcesanis, n. 7. eod. tit. Couar. in lib. pract. qõ. c. 32. n. 1 vers. sed ex Alexandrina Rub. Alex. cons. 76. n. 2 Mars. sing. 295. Plot. cons. 94. n. 27. Belluga in Spe cul. princ. rubr. 11. §. dubitatur vers. indifferenter, n. 8. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 105. vers. item oportet Gram. voto 33. n. 13. Fely. in c. quoniã frequenter, §. porro, n. 19. vt lit. non contest. Rosella in summa in uerb. clericus, il 2. n. 3. Alex. de Neuo cons. 60. n. 7. Brun. cons. 115. n. 68. inter cõs. crim. diuers. lib. 2. Farin. q. 8. n. 61.*

894 Et ratio cur requiratur trina, & nõ sufficiat vnica monitia est, quia is qui est pluries monitus si non desistit dicitur contemnere monitiones & monentem, ideo propter contemptum exuitur priuilegio clericali, *Abb. in cap. cum non ab homine, num. 7. de iud. Gemin. in cap. nullus 55. distin.* vbi ponit quibus modis cognoscatur contemptus, *Felyn. in cap. cum quidam de iureiurand. Sebastian. Sapia in additio. ad Abb. dict. num. 7. in lit. C.* & quando monitio est vnica cum comminatione pœnæ priuatio-

895 nis priuilegij clericalis aliqui fuerunt opinionis quod sufficiat, quia talis monitio habetur loco trinæ monitionis, *ita Butri. in capit. sacerdotibus, il secundo ne cleric. vel monac. Capoll. dict. consil. 11. num. 41. versicu. item si est vnica in crim.* Sed hæc opinio non est vera & est contra text. expressum in dicta clementin. diœcesanis de vit. & honest. cleric. & contra prædictam opinionem tenuit Rosella *in summa in verb. clericus, il secondo, nu. 3. in fin. & Abb. in cap. contingit, il secondo, de senten. excommun.*

Y Nec

Nec isto casu sufficit trina monitio eodem 896 contextu facta, sed debet fieri cũ interuallo tẽporis plurimũ dierũ, *gl. in clem. 1. in verb. tertio, de vit. & honest. cler. Grãm. voto 33. nu. 12. & 13. Brun. cons. 64. n. 38. Alber. in tract. de statut. p. 3. q. 44. Alex. de Neuo cons. 60. n. 7. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 105.* vbi vlterius dicit qđ sicut non sufficerent tres monitiones sine tẽ- 897 poris interuallo, ita nec vnica pro tribus cum lõgissimo temporis spatio, vt si in ea diceretur quod primi tres dies habeant pro prima monitione tres secundi pro secunda & tres tertij pro tertia, *quod dixit et Gramm. d. voto 33. n. 13. qui ad hoc allegat glos. in d. verbo tertio, Innocen. in c. ex literis de vita & honest. cler. gl. in c. si vero, §. 1. de sent. excõm. & in c. fine ornatu 5. q. 4. Archid. in c. si. 60. dist. Alex. cons. 8. lib. 1. & alios Doctores, quibus ego addo Alex. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prętori, n. 2. ff. de noui oper. nunt. Fel. in c. ex literis, n. 8. de constit. Cæsar Contardus in repet. l. diffamari in limitat. n. 75. C. de ingen. & manumiss. Asinius in tract. de exequut. §. 5. c. 22. nu. 6.* & ratio est qa 898 vbi vnico contextu aliquid pluries fit & repetitur dicitur vnicus actus, *gl. in l. si conuenerit, ff. de pignorat. action. Bal. in probem. C. nu. 86. vbi est optima additio in litera C. cum multis alijs quos late cõgessi in meo tract. de excep. ad materiã statuti excludentis oẽs except. except. 14. nu. 58. & seq. vbi multa scripsi similia.* Et licet sit de essẽtia, vt monitiones fiãt diuersis vicibus nihilominus ter- 899 minus intermedius est arbitrari⁹ iudicis monentis, *Alfons. Aluarez in Specul. iuris pontifi. c. 36. vers. sed dicit Rota car. mihi 107.* & id quod dixi quod requiritur trina & particularis monitio limitat duobus modis Primo in regnis Hispaniæ in quibus ex quadam cõstitutione Alexandri Sexti Summi Pontificis sufficit generalis monitio, *vt testatur Conarr. in lib. pract. quæst. c. 32. nu. 1. vers. sed ex Alexandrina.*

900 Secundo qñ vnica monitio esset facta in synodo, qa tunc generalis monitio ẽt quod sit vnica tantũ sub pœna priuationis priuilegij clericalis habetur loco trinæ monitionis, ita vt ex contrauentione ipso iure ammittit priuilegium clericale, *Hostiens. Io. Andr. Ancher. Cardin. & Butr. in c. 2. ne clerici, uel monaci, Capoll. cons. 11. nu. 41. in crim. Clar. in §. fin. q. 36. nu. 17. Alex. de Neuo cons. 60. n. 14. Pet. Belluga in Specul. princ. rubr. 11. §. dubitatur vers. indifferenter, n. 9. Farin. in tract crim. q. 8. n. 62.* vbi dicit quod licet in hoc cõtrarium tenear Abb. nihilomi- 901 nus cõis opinio est contra Abbatem & adducit rationẽ quia scilicet monitio facta in synodo habet vim constitutionis, sed vbi fit constitutio nõ requiritur trina & specialis monitio, *c. 2. de constit. in 6. c. 1. de locat.* Ergo synodalis monitio sufficit etiam quod generalis sit.

902 Iuxta præcedẽtem quæstionẽ quæro a quo iudice facienda sit hæc monitio an scilicet a iudice ecclesiastico an vero a sęculari & respõdeo quod ab ecclesiastico, *est tex. in c. contingit, il secundo, ibi in diœcesi sua & ibi a te de sentent. excommun. vbi hoc not. Abb. nu. 1. & 5. & in c. in audientia eod. tit. ibi a prælatis suis Brun. cons. 115. nu. 56. inter cons. crim. diuers. to. 2. Capolla d. cons. 11. nu. 41. Milles. in pract. fol. 93. nu. 30. Henric Bobic in d. c. in audientia, nu. 1. & 2. idem Brun. cons. 64. nu. 38. Decian. d. c. 9. n. 104. Farina. eadem q. 8. nu.* 903 *63.* & si iudex ecclesiasticus esset negligens in faciendo tales monitiones tunc iudex laicus debet eum requirere, vt illas faciat pro euitandis scandalis & delictis & si ille iterum est negligens, vel recusat illas facere tunc iudex laicus debet recursum habere ad eius superiorẽ Metropolitanum vel summum Pontificem.

Isti 4. nu. fuerunt sublati 904 905 906 907

908 Quęro quarto quid si clericus postquã fuit monitus, vt deferat habitum & tonsurã reassumpsit aliquem ipsorũ, vtputa habitum sine tonsura, vel tonsuram sine habitu an tunc dicatur priuatus priuilegio clericali, & dico qđ non, quia ad hoc, vt clericus perdat priuilegiũ fori opus est non solum quod non incedat in habitu clericali, sed etiam quod non deferat tonsuram, *vt dixi supra in præludio: & volun Farinac. q. 8. nu. 64. & 65.*

909 Quæro quinto quid si clericus esset in fragranti crimine repertus sine habitu & tonsura an ammittat priuilegium fori si prius non fuit monitus, & dico quod non, quia requiritẽ omnino, vt præcedant monitiones ad hoc, vt clericus perdat priuilegiũ fori ob habitus deiectionem, *Gramma. voto 33. nu. 17. Marsil. cons. 67.* nec clericus qui deliquit in habitu laicali poterit ex hoc puniri per iudicem sæcularem si constat illum esse clericum quia ex hoc solo 910 non exuitur priuilegio fori ecclesiastici, *Imol. & alij in c. 1. de apostat. Ruy. cons. 7. n. 6. lib. 5. Rol. a Valle cons. 4. nu. 28. lib. 1.*

Et si clericus per plures dies ante delictum 911 habitum dimisisset & dimissio esset cõtinuata vsque ad perpetrationẽ delicti tunc ammitteret priuilegium fori, nec postmodũ est remittendus etiã quod habitum clericalem reassumat, *Cassan. super cõsuet. Burgun. rub. 1. §. 5. n. 59.* 912 *car. mihi 197.* Secus si habitu per aliquod tẽpus dimisit & postea illũ reassumpsit ante delictũ quia isto casu per talẽ deiectionem priuilegiũ nõ ammittit, qa eo ipso qd reassumpsit habitũ & tonsurã recuperauit oĩa priuilegia clericalia, *Io. Andr. in c. Ioãnes in 4. quæs. de cler. cõiug.* vbi dicit quod Padue ita alias fuit determinatum *Alex. cons. 149. col. 2. vers. & ne fortasse vol. 6. Decian. in tractat. crimin. par. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 100.* quam conclusionem limitatis quando habitum reassumpsisset in fraudem, vt euitaret

ret

ret pœnam sæcularem, quę fraus argui posset si illū reassumeret parū ante delictū, vel post contractas inimicitias, *c. ex parte de cler. cōiug. c. ex parte priuil. Archid. in c. vnico de cler. coniugat. in 6. vbi etiam Phil. Franc. Decia eod. c. 9. nu. 101. vbi dicit quod ad hoc est bonus tex. in l. si maritus, §. legis de adult. & in l. hos accusare, in fine principij, ibi si non detestandi de accusat. & faciunt quæ tradidit Bar. in l. 1. ff. de pœnis.*

913 Et sciendum est quod clericus in sacris cōstitutus, vel beneficiatus ēt quod non fuerit monitus si non defert habitum, & tonsuram peccat mortaliter, *Abb. in c. si quis ex clericis, n. 1. de vita & honest. cler. Dec. in c. ad audientiā, n. 34. de rescript. Rosella in summa in verb. clericus, il 1. n. 1.* & potest cogi ad illum deferendum, *Anan. n. 2. & Anch. nu. 3. & in c. tua de apostat.* imo potest puniri arbitrio sui iudicis, *Clemen. 2. de vit. & honest. cler. ubi gl. in verb. Sanctioni, & Zabarell. in fi. Menoc. in tract. de arb. casu 392. n. 19. & 20. Camill. Gallin. in tract. de verb. signific. lib. 5. c. 20. n. 94.*

914 Secundo sciendum est quod quādo extaret consuetudo quod clerici certi gradus, vt sunt scolares deambularent absq; habitu clericali tunc ob delectionē habitus non ammittitur priuilegiū fori, ideo si commiserit aliquod delictum in habitu sæculari, & ita captus fuerit non ppea erit priuandus priuilegio fori, quia cōsuetudo illū excusat dūmodo i cæteris viuat vri cleric⁹, *Guid. Pap. dec. 83. Rebuff. in tra. de priuil. scolar. priuil. 94. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 97.* vbi dicit quod ipse non firmaret hāc opinionē nisi extaret consuetudo, *Capr. reg. 94. n. 13. Fulgos. cons. 24. in 1. dubio,* & ita dicendum esse puto si extaret consuetudo, vt certo tpe

915 clerici non deambularent in habitu vt puta tpe messium, vel vindemiarū quā proximam conclusionē intelligas pcedere in clericis sæcularibus secus in religiosis professis alicuius religionis, qa isti nullo tēpore, vel loco pñt dimittere habitum suæ religionis absq; labe apostasiæ, *c. 2. in prin. ne cler. vel monaci in 6.*

916 Limitāt 19. (& hæc limitatio ī eo solo differt à præcedenti, quia illa pcedit in quolibet delicto ēt minimo, vt est apportatio armorū, & quid simile, & hæc solum in delictis sæuis, horrēdis, ac atrotioribus) qñ clericus, tàm in minoribus, q̄ in sacris constitutus dimisso habitu sæuum aliquod vel horrēdum commiserit delictum, quia in talibus clericus perdit priuilegiū fori ēt nulla interueniēte monitione, ac non concurrente perseuerantia, & incorrigibilitate, *c. perpēdimus de sent. excom. Boss. in tit. de foro comp. n. 134. 139. & seq. qui testatur quod hæc est magis cōmunis Doctorum* sñia Prat. Corrad. f. 247. col. 2. in tit. de inquisit. nu. 8. in 19. & 20. fall. Capra cōcl. 97. n. 11. & 78. & seq. Abb. in c. at si clerici, n. 31. & 39. de iud. & in c. 1. de parent. qui filios suos, & in c. tua, de pœnis, & in c. cum non ab homine de iud. Diaz in pract. c. 139. Didac. Perez in l. 3. tit. 4. li. 4. ordinamenti car. 90. col. 4. qui dicit hanc esse cōem* opinionem Fel. in c. 1. n. 49 & 70. de constit. Cardin. in d. c. perpendimus in 10. opposit. de sent. excom. Alex. de Neuo cons. 59. nu. 20. qui etiam testatur de comm.* opinione Clar. in §. fi. q. 36. n. 19.* vbi ponit exemplum de clerico qui occidit maritum suæ adulteræ, *Boer. dec. 69. n. 16. & per tot.* vbi loquitur in clerico, qui occidit barbitonsorem, & dicit quod hæc limitatio tanto facilius pcederet si fuisset captus absq; habitu clericali, *Pereg. cons. 91. n. 54 lib. 1.* qui hanc limitationem exemplificat in homicidio appensato quod vulgariter in reguo dicit apostatum, *Guido Papa dec. 121. Bellamera cons. 47. vers. super quinto circa mediū Anchar. cons. 158. Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. nu. 78. & 79. vbi testatur de com.* opi.* & dicit quod ipse se subscribit huic opinioni salua tamen determinatione Sanctæ Mat. Ecclesię Romanæ cui se sobijcit (put ego me ipsum submitto in oībus, & per oīa, tàm in præsentibus, q̄ in preteritis, ac futuris scribendis, & dicendis) *Fernand. Vasq. in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22 n. 52. qui dicit quod ista opinio* est cōmuniter amplexa Alfons. Aluar. Hispan. in Spec. iuris pontifi. c. 35. vers. se in foro ecclesiastico car. mihi 108. Barbat. in tract. de præstan. Cardin. p. 1. q. 10. nu. 5. in 13. tomo tract. diuers. p. 2. car. mihi 83.* vbi loquit de quodam qui occidit custodem Ecclesiæ S. Marci Venetiarum, *Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 88.* vbi dicit q hæc fallētia pcedit qñ clericus esset repertus infraganti crimine in habitu laicali, *& p. 2. lib. 9. c. 6. de atrocitate parricidij, n. 19. & c. 16. de pœnis parricidij,* & vtrobiq; tractat de clerico cōmittente crimen parricidij put i parricidio loquit Alex. de Neuo cōs. 59. n. 3. 5. 8. & 30. uers. 4. conclusio, Bonacoss. in qō. crim. in verb. clericus deferens vers. & si clericus, q dimisso Monald. cons. 94. n. 3. lib. 2. Henric Bobic in c. cum non ab homine n. 8. de iud. & in c. at si clerici, nu. 3. eod. tit. Gemin. in c. 1. in fi. de hmicid. in 6. Iacobus de Graff. in decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 151. Brun. a Sole in compend. resolut. proposit. iuris in verb. clericus depositus, Io. de Anan. in cap. præterea in princ. de apostat. Soc. regul. 79. in vltima fallen.* vbi loquitur etiam in clerico committente parricidium, *Ancher. in cap. perpendimus num. 1. de senten. excomm. & in præallegato, cap. præterea etiam num. 1. de apostat. Marsil. cons. 9. num. 17. Aufrer. in tractat. de potest. iud. laici super person. eccles. regul. 1. fallent. 19. num. 27. in 16. tom. tractat. diuerso. cart. mihi 288.* vbi ad hoc allegat text. in cap. ex parte, il terzo de priuileg. & alios DD. *Achill. Pedrocch. consil. 40. num. 77. & 83. Gramma. cons. 40. num. 9. in crim.*

Cassan. super consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. nu. 55. car. mihi 195. & nu. 70. vers. aduertendum est car. 201. Soc. in d. c. perpendimus, nu. 31. & 35. de sent. excomm. Marsil. in l. vnicus §. cognituram, n. 75. ff. de quaest. & in l. 1. in princ. nu. 61. ff. ad legē Cornel. de Sicar. vbi dicit quod in talibus delictis pōt

917 puniri absque degradatione, *& in tract. de bān. in verbo iudice, n. 217. & in verbo atrocioribus, nu. 13. Gigans in tract. de pension. q. 55. nu. 3. Decian. cons. 82. n. 8. lib. 2.* qui dicit quod hoc est expeditū per quamdam Bullam Pauli Tertij Sūmi Pontificis per quā data est facultas iudicibus laicis cognoscēdi contra clericos assistente tñ iudice ecclesiastico, *Couarr. in lib. pract. quaest. c. 32. n. 3. vers. & idem erit Ant. Scappa in tract. de iure non scripto lib. 1. c. 4. nu. 4.* qui asserit quod ita seruatur de cōsuetu. & quod haec est magis cōis* opinio, & quod ab ista opinione, tū in iudicādo, tum ēt consulendo non est recedendum, *Farina. q. 8. n. 53.* vbi dicit quod ita cōiter & magis cōiter tenetur, & licet contra praesentem limitationem tenuerint *Soc. sen. cons. 12. n. 19. lib. 1. Io. Franc. a Ponte cons. 28. n. 4. Albert. in c. 1. nu. 50. de haeret. Hieron. Ceuallos in Specul. pract. quaest. comm. contra comm. q. 228. nu. 4. cum alijs per praedictos citatis,* nihilominus non est re

918 cedēdū a priori opinione, quae est magis cōis. Aliqui vero dixerunt quod ēt isto casu requiritur trina monitio ad hoc, vt clericus ammittat priuilegiū fori & hoc non solum si vnum cōmiserit atrocissimū delictū verū ēt si plura, *ita Ancher. in d. c. 1. de apostat. Abb. & Cardinal. in d. c. perpendimus, Alex. cons. 8. n. 2. lib. 1. Ange. in summa in verb. clericus il decimo, q. 1. Syluester ēt in summa in eodē verbo clericus il terzo, §. nono, prout praedictos allegat Couarr. in lib. pract. quaest. c. 23. vers. tertio,* vbi dicit quod haec opinio sibi magis placet quāuis contra cōem, & vltra eos idē dixit *Roland. a Valle cons. 4. num. 31. lib. 1.* & multi alij quos recenset Farinac. *d. q. 8. nu. 54.*

919 Et quāquam aliqui foedere distinctionis conati sint has opiniones conciliare, vt prima scilicet procedat in clericis in minoribus constitutis, qui si cōmittunt aliquod graue scelus absque aliqua monitione ammittunt fori priuilegium secunda vero in clericis constitutis in maioribus, ita videntur distinguere multi quos refert & sequitur Cuccus *in institut. maiori lib. 3. tit. 9. n. 80. & 81.* attamen haec distinctio non potest subsistere, quia quoad priuilegium fori, tam in minoribus, quàm in sacris constituti sunt aequales, *vt per Concil. Trid. sess. 23. c. 6. de reformat.*

920 Ampliant ēt dictā limitationem, vt in tantum sit vera quod clericus isto casu poterit puniri a iudice laico absq; aliqua degradatione, vel traditione, *ita dixerunt multi ex supra allegatis & vltra eos est gl. in c. ex parte il terzo, de priuil. Hostiens. Io. Andr. & Butr. in c. perpendimus de sent. excomm. Ancher. in regul. ea quae, q. 12. de regul. iur. in sexto, Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. reg. 1. limit. 19.* vbi testatur de comm.* opin. *Couarr. in lib. pract. quaest. c. 23. nu. 2. vers. tertio,* vbi dicit quod ad hoc vt isto casu requiratur degradatio debet esse ita sceleribus deditus & inueteratus, vt dici possit scelerum minister & dicit vltra quod haec opinio est in practica recepta, *Scaccia in tract. de iudit. par. 1. c. 11. nu. 8.* qui et dicit quod de consuetudine iudices laici solent punire clericos dimittentes habitum & se immiscentes enormitatibus ēt quod nō sint degradati, sed quod ita facien do male faciunt, *& ad hoc allegat Bart. in l. 1. nu. 3. in fin. ff. de pen. Clar. in §. fin. q. 36. vers. saepe numero Flammin. Cartar. in tract. de exequut. sentent. capto bannito c. fin. nu. 308. Farinac. q. 8. num. 108.* qui Farinacius loco per eū citato nihil loquit de ista materia, sed de ea loquitur eadem quaestione num. 57. vbi dicit quod haec ampliatio procedit in clericis primae tonsurę secus in clericis constitutis in sacris, qui sine degradatione nullatenus possunt a saeculari iudice puniri etiā quod enormitatibus sint dediti nisi constitutus in sacris crimen aliquod patrasset, ita in Reipublicae perniciem, vt pium & aequissimum sit ipsum punire absque degradatione, vel nisi esset casus quod si expectaretur degradatio iudicis ecclesiastici maxima subesset im punitatis, & libertatis suspitio, & tādem concludit, quod solum istis duobus casibus constitutus in sacris potest puniri per iudicē laicum absque degradatione, sed in isto Regno neque clerici in sacris neq; in minoribus constituti puniuntur a iudicibus laicis ēt quod quātumuis enormia & reiterata delicta commiserint, & vtrunque sit puta tutius esse & verius, vt degradatio fieret actualis prius quam iudex saecularis cognoscat de causa clericorum delinquentium etiam quod essent primae tonsurae *prout voluit ēt Scaccia & alij per eum citati d. c. 11. nu. 81. vers. verum quia.*

921 Sublimitatur modo dicta limitatio, vt ad hoc, vt clericus cōmittens crimen enorme & enormitatibus se immiscēs possit puniri a iudice saeculari necesse est, vt in illis deprehendatur alias si in illis non deprehenditur non poterit puniri a laico, *Farinac. d. q. 8. nu. 58. vbi ad hoc ponderat tex. in praecitato c. ex parte, il terzo de priuileg. ibi comprehenduntur in aliquibus fere factis & ibi fuerint deprehensi, & tex. in cap. 1. de apostat. ibi si criminibus deprehensi & in c. cum non ab homine de iud. ibi criminibus deprehensi & cap. perpendimus de sent. exc. ibi deprehenduntur & non nullos alios Doctores allegat,* & codē nu. vers. de-

922 prehensus aūt ponit qn clericus dicatur in delicto deprehensus, & dicit quod duobus

mo-

modis dicitur in delicto deprehensus primo quando est infraganti captus secundo quãdo antequam excipiat de suo priuilegio delictum confiteretur, vel de eo conuinceretur.

923 Quando autẽ delictũ dicatur graue, seu enorme ponunt idem Farinac. *q.8.n.59.& latius q.18.per tot. Abb.in c. puer nu. 3. de penis, Viu.decis.196.n.9.Franc.decis.88.nu. 7. Fuscus in singul.in lit.D.n.21.Honded.cons.97.lib.2.gloss.in c.peruenit.de sentent.excomm.Cæpolla,cons.11.nu. 26.in crim.Ferret.cons.366.n.3.lib.2. Ludou. Vital.in tract.de reis monendis,fol.99.n.8. Reper. inquisit.in verb.delictum Menoch. in tract. de arbitr. iud.casu 266.per tot.Capic.decis.161.nu.4. Alfon. Aluarez in Specul.iuris pontif.c.35. vers. enormia cart.mihi 95. Alexand.de Neuo cons.59.num. 21. Mars.in tract. de bannitis in verb. atrocioribus per tot.Decian.in tract.crimin.p.1.lib.4.c.9. nu. 107.*

924 Nec præsens limitatio aduertatur superiori ampliationi, quia illa ampliatio intelligitur vbi clericus existens in habitu, & tonsura, & viuens vti clericus committit aliquod delictũ enorme hic vero tractamus de eo qui committit delictum dum non defert habitum, & tonsurã, nec clericaliter viuit item ibi de committente delictũ enorme simpliciter hic de committente delictum enorme cum aliqua qualitate aggrauante, & cum malo exemplo itẽ ibi quando non est in delicto deprehensus hic veto quando est in eo captus.

925 Limitatur vigesimo prædictus primus effectus, quod iudex sæcularis non potest se ingerere in causis clericorum vt non habeat locum quando clericus tanquam tertius se opponeret exequutioni sententiæ, quia hoc facere habet coram eodem iudice qui tulit sententiam, *Bald.in l.testamenta,G.de testamen. Sal.in l.cõsulta C.eod.titu. Ancher.cons.333.in princ. Anton.de Butr.in c.quoniam frequenter §.quod si super n.1. vt lit.non contest. Abb.in eodẽ c.§.in alijs,nu.28. Soc. cons.106.n.7.vers.ista responsio lib.4.& consil.4. & cons.91.n.13.vers.confirmatur 7. lib. 3. Aufr. in tract.de potest.iud.laici super person.eccles. reg.2. fallent.10.nu.10. in 16.tom.tract.diuers.cart.mihi 289.vbi alios allegat gloss.super ritu M.C.V. in tit. de foro compet. vers.2.reg.cart. mihi 397. post constitut. Regni Crauett.cons.997.n.8.lib.6.Fulu. Patian.in tract.cui incumbat onus proband.negat. lib. 1.c.56.n.18.Franc.Viui.decis.387.n.1. & 2.* vbi adducit rationem scilicet quia tũc clericus est omnino actor, & pro actore est habendus allegat Anchera. consilio supra citato.

926 Sublimitatur tamen prædicta limitatio vbi clericus se opponeret tanquã possessor rei sup qua est facienda exequutio quia tunc si apparet de eius possessione poterit forum declinare ex quo tunc iudicaretur omnino reus, *l. de pupillo, §.qui remissionem ff.de operis noui nuntiat. Purpur.cons.26.n.1.vers.sed tamen vbi alios allegat, & n.3.* vbi dicit quod clericus qui sententiæ exequutionem vult impedire potest comparere coram iudice laico (animo tamen non prorogandi eius iurisdictionẽ) & allegare suã possessionẽ per q̃ sola exequutio impedit *allegat gl.1.in l.a Diuo Pio §.si super rebus ff.de re iud.*

927 Quæ sublimitatio ampliatur vt non solum procedat si se opponeret de possessione verum etiã si tantũ de detentione, *glo. Imol. & Alex. col.3.in l.ob maritorum, C.ne vxor pro marito Purpur. dicto num. 3.*

928 Primo sublimitatur hęc sublimitatio quando fuisset facta alienatio rei litigiosę in clericũ quia tunc non posset opponere de suo foro ad impediendum exequutionem sententiæ, *Bald. in c.ecclesia S.Mariæ,n.30. de constit.* vbi dicit q̃ per dictum tex. fuit inuẽta hęc cauillatio quod reus, qui videt se succumbere transfert possessionem, & tunc iudex sæcularis non poterit facere exequutionem, sed contra istam iniquitatem succurritur quia fit per episcopũ repositio repositio possessionis in pristinum statũ & cogetur reus promittere de iterũ non transferendo possessionem in alium, sed Purpur. d. *cons.26.n.3.* dicit quod si victor vult dicere victum dolo desijsse possidere, & ita dicendo intentare remedium actionis reuocatorię, *de qua in §.si quis in fraudem Institut.de action.* quæ isto casu competit, *vt per Bart.in l.si quis missum §. si iudex ff.de dam.infect.& per Angel. in Authen.de litigios.in princ.col.3.* Vel velit probare quod victus est vere dominus, & quod exequutio est facienda in illo iure dominij saluo tamen iure possessionis *iuxta text.in l.si finita, §.si de vectigalibus, ff.de damno infect.* debet istis, & similibus casibus clericus possessor qui sustinet partes rei corã suo iudice remitti, & quod plus est clericus qui suspicat quod aliquo modo esset turbanda (istis, & similibus casibus) eius possessio potest facere moneri victorem per iudicem ecclesiasticum ne in tali re aliquid noui tentet

929 eo quia ipse clericus est verus possessor, & si aliquid prætendit super ijsdem rebus compareat coram eodem iudice ecclesiastico, est bene verum quod iudex laicus qui vult exequi sentẽtiã si ei opponatur de possessione clerici poterit cognoscere de eius possessione ad effectũ vt intelligat vt sit legitimus contradictor, *iuxta ea quæ latissime ponit Fel. in c. veniens de testib.& Purpur.d.cons 26.n.3.& seq.per tot.*

930 Limitatur 21. quando pater vult emãcipare filium clericũ quia debet illum emancipare corã iudice sæculari, *Rot.Rom.dec. 178. alias dec.7.n.1.& 2.in tit.de iudit.in antiq. Ancher. in regula ea q̃, q.17.de regul.iur.in 6. Mill. in reper.in verb.iudex sæcularis, Aufr.in tract.de pote.ind.sæcul.super person.eccles.regul.2.fallent.7.n.8.in 16. tom.*

de alienatione rei litigiosę facit Bredes ved. in caut. contract. caut. 2. pag. 16.17. facit Andreol controuers. 207 par. 3. pag. 18 19.

ad Farin. q. 98. cas. 4. n. 85. pag. 274.

tom. tract. diuers. Dom. de S. Gemin. in c. si annum, §. si vero vers. sed posset dubitari de iud. in 6. Bellamer. dec. 6. in titu. de foro compet. Glos. super ritu M. C. V. eodem titu. de foro compet. vers. secunda regula cart. mihi 397. post constit. Regni Ferret. cons. 105. *n. 2. li. 1.* & ratio est quia emancipatio est actus ipsius patris, & non filij *Rot. Rom. d. dec. 7. n. 3.*

931 Limitatur 22. vbi clericus, & laicus cōpromiserunt simul in laicū a cuius laudo fuit appellatum, vel laicus vult recurrere ad arbitriū boni viri, quia hoc erit faciendum corā iudice superiore ipsius laici *Aufrer. in tract. prædicto regul. 2. limit. 17. cart. mihi 290. vbi ad hoc allegat Ancher. in quadam eius* disputatione, quæ incipit clericus, quam tamen limitationē limitat quando compromissum esset factum super re

932 ecclesiastica secus si recursus peteretur per clericum quia tunc esset petēdus corā iudice ecclesiastico superiore ipsius clerici, *Bart. in repet. l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio Specul. in tit. de arbit. §. 1. vers. sed quis erit, & ibi Io. Andr. in add. Soc. in c. cum sit generale de foro comp. Gl. super ritu M. C. V. in tit. de foro cōpet. vers. 2. regula cart. mihi 397. post constit. regni Soc. sen. cons. 18. nu. 31. lib. 1.* & hæc est cōciliatio cū dicta am-

933 pliat. & licet clericus in iudicē laicū consentire non possit in arbitrum tamen cum episcopi consensu consentire poterit, *glos. in c. contingit in fin. de arbit. vbi Innocent. etiam in fin. & in c. exposita de arbit. Abb. cons. 33. num. 1. vol. 2. Specul. in titu. de arb. §. restat nu. 3. & 7. vers. sed nunquid clericus Borell. super pragmat. Odia litium, §. 2. glos. 1. n. 350. cum multis alijs quos late congessi supra in alia ampliat.*

934 Limitatur 23. dictum primum effectum q̄ iudex laicus non potest cognoscere de causis clericorum vi locū sibi non vendicet quando clericus offenderet officiales tēporales, & sæculares eos insultando, vel alio modo in eos delinquendo, *Cassan. super consuet. Burgund. rub. 1. § 5. n. 82. cart. mihi* 204. vbi circa hanc fallentiam, & limitationē multa scribit Pet. Foller. *super const. Regni in tit. de episcop. & cler. c. de personis clericorum, n. 5. cart. mihi* 40. qui dicit quod hoc est satis rationabile, *Glos. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. regul. 1. fallen. 13. cart. mihi 396. post. const. Regni Aufrer. in d. tract. de potest. iudici laici reg. 1. limit. 14. n. 22. in 16. tom. tract. diuers. cart. mihi* 288. vbi ad corroborationem huius limitationis adducit aliqua iura rationes, & authoritates, sed quia eam ita simplici-

935 ter intellectum puto falsissimam, ideo dico ꝙ si clericus vti procurator, vel aduocatus, vel quocunque alio modo cōpareret coram iudice sæculari, & illū verbis impertinētibus prouocaret (prout multi hodiè faciunt qui immemores dignitatis quam gerunt corā magistratibus sæcularibus non solum aduocati, & procuratoris officium verū etiam, & sollicitatoris, & exactoris, & birroarij artē exercent) iudex ipse tunc poterit tales ita insolenter cōparentes carcerare absque labe excommunicationis ita ꝙ eumdè carcerarum statim remittat suo iudici competenti ad quod dicendum moueor duabus rationibus, quarū Prima erit quia clericus exercendo tale officium exercet officium clericatui contrarium vt dicam infra effectu 11. & 21. & clericus faciens aliquid clericatui contrarium amittit forum vt dicam infra hoc eodem effectu.

Secunda ratio est quia tunc poterit illū capere tanquam delinquentem, & in fraganti crimine deprehensum vt dixi sup. & per hāc vltimam rationem hæc mea opinio substineri poterit etiam si compareret in casibus sibi de iure promissis.

Limitatur 24. prædictus primus effectus, ꝙ clericus non potest conueniri corā iudice laico vt non habeat locū si laicus qui est obliga-

936 tus clerico prætendit obligationem fuisse factam sine causa, & per consequens inefficacē, vel debitum fuisse solutum, & cancellationem instrumenti vult experiri, *iuxta terminos l. dissolute, & l. fin. ff. de condit. ex lege*, quia in huiusmodi causis poterit clericus coram iudice sæculari, licet huiusmodi condictio sit actio personalis, §. *appellamus Institut. de actio.* hanc limitatiouē ponit *Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. regul. 2. n. 19. in 16. to. tract. diuers. cart. mihi* 290. vbi tandē concludit quod de iure ipsa limitatio sustineri, non potest, qa repugnat iuribus in principio ipsius regulæ adductis. Sed an clericus conueniens laicum coram iudice sæculari teneat̃ subire iuramen-

937 tum decisiuum coram eodem iudice casu quo laicus allegaret solutionem, & dico quod sic, quia hæc est quædam reconuentio, & clericus potest reconueniri coram iudice sæculari, vt dixi fusius supra hoc eodē effectu: & est quædam oppositio seu exceptio.

938 Limitatur 25. quando adesset penuria frumēti, & clericus in eius posse haberet illud qa tunc tenetur ciuitati, & vniuersitati vendere etiam qđ sit collectum ex decimis vel prędijs ecclesiasticis, & ad id compelli potest per officiales sæculares, *Ludou. Messia in pragma. taxe panis prout eum refert Petr. Aug. Morla Hispan. in emporio vtriusq. iuris, p. 1. tit. 29. de contrahent. empt. & vend. q. 1. n. 6. vbi etiam ad hoc allegat d. per Abbatem cons. 3. lib. 1. & per Iason. in l. 1. n. 14. & 17. C. de sacrosanct. eccles.*

939 Et vltimo loco concludit ꝙ est tutius eos non compellere, sed recurrere ad officiales ecclesiasticos, vt illos compellant nisi famis, & necessitas vrgeat, & periculū esset in mora. Et quod ecclesiastici prout laici possint cōpelli

ad

ad vendendum frumenta, ac alia necessaria ad humanũ victum dixerunt, *Bart. in l. 1. in fi. C. vt nemini liceat vendere spec. lib. 10. vbi etiam Io. de Platea n. 4. Surd. conf. 301. n. 2. lib. 3.* & ratio est, quia tunc agitur de publica vtilitate, & in ijs quæ concernunt vtilitatem publicam clerici sunt ita obligati prout laici, ex naturali ratione, & lege vt dicam infra effectu 3. Et sicut casu prædicto clerici possunt cõpelli per officiales laicos ad vendendũ victualia ita e contra laici poterunt compelli per ecclesiasticos, *l. fi. §. item episcopi vbi glos. de numer. & honor. idem probatur ex not. in l. 1. C. de episc. audien. Surd. in tract. de alimen. tit. 1. q. 77. nu. 3.*

940

941 Limitant 26. prædictum primũ effectum quod clerici non possunt cognosci per officiales laicos vt non procedat in clerici qui falsa mẽsura triticum vinũ oleum vel aliud comestibile vendunt quia ptopter tale delictũ puniri possunt p iudicem sæcularẽ, *Cassa. super cõsuet. Burgund. rub. 1. §. 5. vers. s'il na grazze, n. 90. cart. mihi 205. Ludou. Messia in pragmat. taxe panis conclus. 5. n. 29. Pet. Cened. in collect. iuris canon. p. 1. collect. 37. n. 18.* & licet vsus falsorum ponderũ,

942 & mensuræ sit damnatus, & punibilis etiã de iure Diuino, *vt habetur in Deuteron. c. 25. ibi non habebis in sacculo tuo diuersa pondera maius & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor pondus habebis iustum, & verum, & modius aequalis, & verus sit tibi, & Leuit. c. 19. in fin. nolite facere iniquum aliquod in iudicio, in regula, in pondere, statera iusta, & aqua sint pondera, iustus modius aequusque sextarius, & de iure Canonico vt in c. vt*

943 *mensura de empt. & vend. & de iure ciuili vt in Auth. de collat. §. eos vers. eos,* nihilominus præ dictam limitationẽ non intelligerem, ita simpliciter, & indistincte, sed vt tñ procedat qñ clericus vti mercator vel artifex fuisset vsus talibus ponderibus, & nõ aliter, & hoc ea ratione quia deliquit in arte, & exercitio quod exercet, quo casu potest cognosci, & puniri per iudicem laicum eo modo, & forma etiam in censura, vt dixi supra limit. 6. n. 844. & 847. non

944 quia vsus est falsis ponderibus, & mẽsuris, qa eis vtens non committit nisi crimen falsi, & pœna falsi punitur, *l. Annonam, §. onerant, ff. de extraord. crim. vbi gl. allegat l. pen. ff. de fals. & con similis glos. in l. arbitrio, §. de eo, ff. de dolo l. in darda nario ff. de pen. l. 2. ff. ad leg. Iul. de annon. c. 2. de empt. & vend. & prout latius de hac materia habetur per Petrum de Gregor. Tholos. in sintagma iuris p. 3. lib. 37. c. 1. n. 11. & seq. & in Regno isto adsũt duæ constitutiones vna sub titulo de ponder. & mensur. alia sub tit. de pœna contra mercatores,* quibus

945 grauissimis pœnis plectuntur vtentes falsis ponderibus, & mensuris pro quo delicto falsi clericus non perdit priuilegiũ fori, *vt dixi supra in præcedent. ampl.* vel potest intelligi hæc limitatio in clerico, qui istis falsis ponderibus, & mensuris pluries vsus fuerit, & monitus vt a tali vsu desistat se non correxit, & sic tanquã incorrigibilis poterit puniri a iudice sæculari, *iuxta ea quæ dixi supra in præcedenc. limitatio.*

946 Limitatur 27. prædictus primus effectus, quod iudex laicus non potest cognoscere de causis clericorum, nec eos punire vt non habeat locũ quando iudex sæcularis caperet clericum seditiosum vel aliter scandalosũ vt suo iudici statim præsentet ad puniendum, & hoc pro sedanda, & frenanda ira populi, & ne aliquod maius malum eueniat.

947 Limitatur 28. quando clericus authotitate iudicis laici adeptus fuerit rem aliquam, nam ab eodem iudice cuius authoritate rem fuit adeptus poterit cognosci si iniuste possessionẽ dederit, & an iure illam obtinuerit, *ita Peregr. in tract. de fideicomm. art. 48. n. 62. & seq.* vbi loquitur in clerico qui vti vocatus ad fideicommissum authoritate iudicis laici cæpit possessionem rerum hereditariarũ, & dicit quod ipsemet iudex laicus potest causam hãc cognoscere, & possessionem reuocare si iniuste possessionem dederit.

948 Limitatur 29. quando clericus alieno nomine conueniretur vt puta procuratorio curatorio, vel tutorio nomine (casu quo talis esse posfit) quia tunc non attenditur persona clerici, sed eorum ex quorum persona cõuenitur, *Soc. in rub. de foro compet. n. 1. & 15. & in c. 1. n. 52. & sequen. eod. tit. Andr. Gail. obserua. 37. nu. 7. lib. 1. Vrsil. in adnot. ad Affl. dec. 24. n. 4.*

quando conuenitur alieno nomine uti tutor etc. facit Montalde intel. cap. 4 n. 25 fol. XI

949 Limitatur 30. prædictus primus effectus quãdo quis petit se immitti in possessionẽ bonorũ, *iuxta terminos l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* quoniam tunc si plures sunt contradictores inter quos est vnus clericus sufficit vnicus libellus porrectus corã iudice sæculari cõpetente ratione bonorum nisi ipse clericus reperiretur esse in possessione, *ita Menoch. in tract. de adipiscen. possess. remed. 4. num. 475. & 476. vbi alios allegat.*

950 Limitatur 31. vbicunque potestas ecclesiastica deficeret, quia tunc iudex laicus in defectu poterit punire clericos, & ex potestate sua eos corrigere, *iuxta tex. in c. princeps sæculi vbi gloss. 23. q. 5. & in c. filijs 16. q. 7. Lucas de Penna in l. si coloni, C. de agricol. & censit. lib. 11. glos. in c. tua, il 1. de decim.* vbi hanc fallentiã exemplificat in ijs, qui scisma committunt, & non possunt ab ecclesia compesci, *allegat c. ne leuita 17. dist. & in c. de Liguribus 23. q. 5. Balzeran. in c. 1. §. si clericus, n. 12. vers. vltimo procederet, de pace tenenda, Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 83.*

951 vbi vlterius dicit quod si duo contendunt de Papatu, & adeò potẽtia pollerent qd ecclesiastica potestas diuisa esset, nec posset incedere con-

concilium,nec aliter tantum scisma sedare ob æqualem amborũ potẽtiam ꝙ hoc casu principes sæculares possent, & deberent se tali negotio ingetere,& incorrigibiles detinere, *quod prius dixeras Barba. in d. c. tua, il 1. de decim. & in c. quia nonnulli n. 96. de rescrip. & in c. quod träslationem, n. 146. de offi. delegat. Aufr. in tract. de potest. iud. laici super person. ecclesi. reg. 1. fallen. 3. n. 11. in 16. tomo tract. diuers. cart. mihi 287. Alfons. Aluarez in Specul. iur. pontif. c. 36. in princ. cart. mihi 107. Ancher. in c. accessoriũ, n. 21. de reg. iur. in 6. Gul. de Bened. in repet. c. Raynutius in verb. & vxorẽ nomine Adelasiã in 2. dec. n. 149.* vbi loquit in punitione clerici rebellis ecclesię,& dicit ꝙ

952 istud fieri potest per iudicẽ sæcularẽ quia talis punitio tendit in honorẽ ecclesiæ, *& quod ad hoc est tex. notabilis in d. c. principes seculi 23. q. 5. & quod ita pluries fuit decisum per Parlamentũ Tholosanum Cassan. super consuet. Burgun. rubr. 1 §. 5. n. 61. car. mihi 192. glo. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. lit. B. car. mihi 396. post constit. Regni Franc. Mare. dec. 215.*

Et non solum in casibus,& exẽplis supra po-

953 sitis possunt principes laici compescere clericos vt dictum est verũ etiã, & in alio casu hoc est in electione Summi Pontificis in qua possunt de facto includere, & obsidere Cardinales ad hoc vt cito eligant Papam si differunt illum eligere, *c. vbi periculum de elect. in 6. iuncta clement. Romani eod. tit. Bernard. Lauren. in tract. in quibus casibus iudex sæcularis cognoscit de ecclesi. n. 12. Decia. in tracta. crim. p. 2. lib. 6. c. 34. n. 26.*

954 Et sicut deficiẽte potestate ecclesiastica laici possunt compescere clericos,ita e contra deficiente potestate sæculari, vel negligentibus principibus sæcularibus poterit Papa se ingerere,& iurisdictionem exercere etiam contra laicos, *Marian. Socin. & cæteri scribentes in c. licet ex suscepto de foro compet. Decia. d. lib. 4. c. 9. n. 84.*

955 Limitatur 32. in clerico minori litigãte coram iudice sæculari qua tutor vel curator ad huiusmodi causam sibi decernit per iudicẽ sęcularẽ coram quo lis est ventilãda, *Oldrad. cons. 59. Rot. Rom. dec. 204. clericus minor Ancher. in reg. ea quæ, q. 18. de reg. iur. in 6. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. regul. 2. limitatione 29. in 16. to. tract. diuers. cart. mihi 290. Dom. de S. Gem. in c. si annum de iud. in 6. Intrig. in tract. de feud. centur. 2. art. 94. n. 8. & cons. 30. n. 69. lib. 1. Dec. cons. 150. n. 7. & 8. & in l. 1. nu. 6. ff. de iurisdict. omn. iudicum, Ripa in c. decernimus, nu. 9. & 10. de iud. Probus in c. fin. nu. 9. 10. & 16. eod. tit. Gomes in §. si vero n. 29. Instit. de act. Franc. Viu. dec. 387. n. 4. Nenizzan. cons. 17. nu. 58. Mising. in lib. pract. obseru. centur. 1. obseru. 87. Piaggia in tract. de tutor. q. 24. n. 3. Franc. Caldas in repet. l. si curatorem habens in princ. n. 19. cart. mihi 6. C. de restit. in integr. Sebast. Medices in tract. de legib. & statut. p. 4. q. 6. n. 5. vers. sexto lex ligat, multos allegat Carpan. super statut. Mediol. c. 34. n. 39. lib. 1. Purpur. in l. 1. n. 20. ff. de iurisd. omn. iud. glos. super ritu M. C. V. in tit. de foro competent. vers. secunda regula cart. mihi 397. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 14. & 64. cart. mihi 203. Addentes ad deci. Rot. Rom. dec. 7. n. 6. in titu. de iud. in antiq. Bero. consil. 102. n. 17. lib. 3.* vbi dicit quod curator ad cau-

de tutore dando clerico

956 sam, & litem potest dari ab illo iudice qui habet de causa cognoscere etiam si ille alias esset incompetens,& ius dandi non haberet ad quod allegat alia iura, & rationes. Et ratio principalis præsentis limitationis est, qa curator datur liti,& non personæ ideo debet dari ab illo qui est iudex in ipsa lite Intrig. d. cõs.

957 30. n. 70. Et pari modo e cõtra videmus quod iudex ecclesiasticus potest dare curatorẽ laico quando litigaret coram eo quia talis curator semper dat ab illo iudice coram quo lis ventilatur, Marant. d. p. 4. dist. 11. n. 13. car. mihi 194. *vbi allegat Bald. in l. fi. post princ. de iud. & tex. in c. fi. de iud. in 6.*

958 At secus est si esset dandus tutor vel curator generalis clerico minori,quia tũc erit dandus per iudicẽ ecclesiasticũ, *Bart. in l. 1. ff. de tutor. & curat. datis ab his Bero. præcit. cons. 102. n. 17. vers. sed quod lib. 1. Ruy. cons. 89. nu. 7. vol. 5. Roland. a Valle in tract. de inuent. q. 17. nu. 3. cart. mihi 16.* quidquid in cõtrariũ dixerint Marant. *d. dist. 11. n. 64. & ibi Addentes Gail obser. 37. in 6. fallen. lib. 1. Surd. cons. 396. n. 10. lib. 3. Io. Batt. Ferret. cons. 105. n. 3. lib. 1.*

959 Limitatur 33. quando extaret statutũ quod non valeant legata nisi testamentũ insinuetur coram aliquo magistratu vel officiali, nam si clericus est institutus in testamẽto in quo fuerunt facta legata laicis, & ipsi petentes insinuationẽ ipsius testamenti fecerũt clericũ citari corã tali iudice valebit citatio, *Bald. nu. 4. Alex. Ias. & Paul. de Castr. n. 7. in l. testamenta, C. de testament. vbi ipse Paul. de Castr. dicit se ita alias de facto consuluisse, Sal. in l. consulta C. eo. titu. Ancher. in regual. ea quæ, q. 17. de regul. iur. in 6. Angel. in l. 1. §. hac stipulatio ff. si cui plus quam per leg. Falcid. vbi et Imol. idem Bald. in Authen. clericus, C. de episcop. & cler. & alij quos insimul congerit Aufrer. in tract. de potestat. iud. laici super person. eccles. reg. 2. fallen. 9. n. 9. in 16. to. tract. diuers. car. mihi 289. & vltra eos idem dixerunt. Viu. dec. 30. n. 2. Roland. a Valle cons. 29. n. 4. lib. 2. Alba Mãdell. cons. 208. nu. 8. lib. 2. glos. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. vers. secunda regula cart. mihi 397. post constit. Regni Surd. dec. 26. nu. 1.* vbi dicit quod isto casu nõ est opus vt laicus scribat literas subsidiales episcopo,quia episcopus nõ potest in hoc manum apponere, *Bertacch. in tracta. de episcop. p. 5. lib. 4. num. 95. in fi. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 353.* quæ fallẽtia proce-

cedit etiam quando est facienda aliqua insinuatio actus vel publicatio instrumẽti in qua tàm de iure communi quàm ex forma statutorum omnes interesse habentes essent citandi, tunc etiam citatio clerici potest fieri per iudicem sæcularem, *Bald. in cap. fi. de fide instrum. Afinius in pract. exequut. in princ. cap. 49. nu. 19. Afflic. decis. 24. nu. 8. vbi Vrsill. in add. nu. 2. Aufrer. pracit. regul. 2. in 8 fallent. n. 9.* vbi loquitur de insinuatione donationis excedentis 500. aureos. Sic etiam quando publicatur testamentum solemne laici etiam quod sit institutus hæres aliquis clericus debet publicari corã iudice laico, *Bald. & Corn. in l. omnia testamenta C. de testam. idem Bald. in Authen. clericus & in l. repetitas C. de episc. & cler. Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius in verbo uxorem nomine Adelasiam dec. 2. num. 420. de testamen. Io. Andr. & Abb. in cap. fi. de fide instrumen. Aufrer. in tract. de potest. secul. laici super person. eccles. regul. 2. fallen. 11. in 16. tom. tract. diuers. cart. mihi 289. Barbat. in c. si hæredes, nu. 11. de testam. Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 8. nu. 1.* & in tantum est vera prędicta conclusio quod etiam episcopus si est exequutor testamenti tenetur etiam facere inuentarium coram iudice sæculari, *Angel. in l. 1. §. hac stipulatio, ff. si cui plus quam per Falcid. Aufrer. d. nu. 12. verum Afinius loco citato, num. 20.* dici quod isto casu cautius est si clericũ ab episcopo citari procuretur si vero episcopus illum citare recusauerit tunc sufficit citatio per modum, vt supra, *Ias. in l. testamenta oĩa nu. 5. C. de testam.*

960

961

962

Limitatur 34. vt dictus primus effectus non procedat quando clericus delinqueret in loco vbi nõ adesse superior ipsius clerici delinquentis, nec haberet iudicem competentem tunc enim poterit capi, & carcerari ab officiali temporali, & postea ita captum transmitti ad iudicem competentem, *ita Petr. Cened. in collecta. iuris canon. p. 1. collect. 37. nu. 3. vbi allegat Thom. Mieres in const. Cathal. collat. 2. c. 11. in princ. Michael. de Molin. in reper. in verb. iustitia Aragonum in vers. dic 1. Decembris cart. 204. Petr. Bellug. in Specul. prin. rub. 11. §. videndum nu. 10. secundum eum sed in meo libro est nu. 17.* vbi dicit quod absentia iudicis competentis tribuit iurisdictionem iudici non competẽti, & licet Borell. ibi in addit. in lit. G. dicat quod hæc limitatio est iniqua & nõ debeat seruari nihilominus eam etiam comprobat Nauarr. *in c. cum contingat in primo remedio vers. vndecimo facit de rescript.* & ita fuit obseruatum alias de facto in causa cuiusdam equitis melitensis, *vt testatur D. Don Vincentius Bottoner olim regius Consiliarius meritissimus in quadam sua allegatione quam habeo manuscriptam seu mauis iustificatione ipsius captura,* & iterum idem fuit obseruatum in hac Vrbe Panormi de anno 1602. cum quodam de statiti, qui cum esset receptor Religionis Melitensis commisit duo homicidia & propterea fuit captus per officiales M. R. C. & ita captus sub fideiussione fuit transmissus ad eius Magnum Magistrum, & idem puto quod sit dicendũ si adesset iudex cõpetens ipsius clerici, sed inhabilis ad illum cõpescendum, vt qa in loco esset vicarius foranius & paruæ authoritatis & clericus ésset vir potens & maximæ existimationis tunc enim dico quod laicus officialis poterit capere clericum, vt illum transmittat episcopo, *ad quod bene faciunt ea qua dixi supra limit. 31.* scilicet quod qñ deficit potestas ecclesiastica põt princeps laicus compescere clericos, & paria sunt habere iudicẽ, sed impotẽtem ad compescendum & illam non habere prout in simili dicimus quod non habere virum & illũ habere, sed inutilem paria sunt, *Damodc. in Encherid. pariũ aut simil. iuris in verb. maritũ Cotta in memori. in verb. Comes & in verb. vidua Io. Petr. Molignat. in tract. de appellat. verb. in verb. vidua cum alijs per prædictos congestis.*

963

964

965

966

Limitatur 35. prędictus primus effectus, qđ iudex laicus nõ potest se intromittere in causis clericorum, vt non procedat qñ ex forma statuti in publicatione instrumẽti esset citandus clericus, quia tunc poterit citari per iudicem sæcularem coram quo esset facienda ipsa publicatio, *Bald. in cap. fi. col. 1. de fide instr. Alba consf. 208. n. 11. lib. 2.*

967

Limitatur 36. in clericis exercẽtibus artem vilem post annum, vel infra annum postquã fuerint ter moniti vt puta artem carnificũ, vel macellariorum publice & per se ipsos, *Clemen. 1. de vit. & honest. cler. c. 1. §. fi. vbi Innoc. de vit. & honest. cler. gl. in c. quia iuxta 12. q. 1. Dom. de Sancto Gem. in cap. si quis 32. dist. Soc. regul 56. in 6. limit. Alexan. cons. 8. nu. 4. vers. nec etiam perderet volum. 1. Imol. in cap. vnico, de cler. coniugat. in 6. Capra consf. 97. nu. 96. 97. 88. & 90. & 91.* vbi loquitur in clerico exercente artẽ macelli & tabernæ, *Pract. Corrad. in tit. de inquisit. n. 8. in 5. & 11. fallen. Boss. in tract. crim. in tit. de foro cõpet. nu. 128. Alex. de Neuo cons. 61. n. 1. Steph. Bertran. cõs. 13. n. 5. lib. 8. vbi testatur de cõm. opi. Pet. Bellug. in Spec. princ. rub. 11. §. videndũ n. 19. vbi Camil. Borell. in add. Paul. de Leazar & Vital. n. 59. & 60 in d. clem. 1. Diaz in pract. cri. canon. c. 63. per totũ Lãbert. in tract. de iure patron. lib. 2. art. 26. q. 9. p. 1. Niger in extrauagan. Clemen. septimi in vers. solẽnia de vit. & honest. cler. Rodoan. in tract. de spol. q. 2. n. 41. & 42. Menoc. in tract. de arbitr. iud. casu 412. n. 1. & 6. Pet. Cened. in collec. iuris canon. p. 1. collect. 37. n. 20. in fi. Decian. in tract. cri. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 136.* vbi dicit quod dispositio dictæ clementinæ primæ non se extendit ad alia similia & vilia officia, & ad sordida ministeria, vt ad lenones, vel custodes balneorum & testatur de communi opinione & alios allegat & adducit optimam rationem, vt ibi per eum,

968

Z Alph.

Alfonſ. Aluarez in Specul. iuris pontific. cap. 35. verſ. ſi vero clericus car. mihi 96. & cap. 36. verſ. ſed dicit Rot. cart. mihi 107. Aufrer. in tract. de poteſt. ind. laici regul. 1. fallen. 9. num. 17. in 16. tomo tract. diuerſ. cart. mihi 287. Farinac. in tract. crim. q. 8. num. 93. Capra regul. 84. nu. 3. Roſſella in ſumma in verb. clericus, il ſecondo, nu. 3. Henric Bohic in c. ex literis, nu. 12. de vit. & honeſt. cler. Caſſan. ſuper conſuet. Burgun. rub. 1. §. 5. num. 63. cart. mihi 198. Gloſ. ſuper ritu Magnæ Curiæ Vicariæ in tit. de foro compet. in lit. B, in 9. limit. cart. mihi 396. Molin. in tract. de contract. diſput. 342. nu. 9.

969 Limitatur 37. vt procedat & locum habeat etiam ſi clericus talia exercitia non exerceat continuo, ſed interpellatis interuallis dum tamen eo tempore quo illa non exercet deſiſtat propter aliam cauſam non autem cauſa honeſtatis clericalis, q̃a huiuſmodi deſiſtentia nullatenus prodeſt quin clericus ammittat priuilegium clericale, *Vital. in clem. prædicta nu. 66. allegat Paul. de Lazar ibidem & in argu. text. in l. nihil ff. de capt.*

970 Sublimitatur primo dicta limitatio quod licet clericus monitus non deſiſtat infra terminum ſibi aſſignatum, vel non monitus, artes prædictas viles exerceat poſt annũ ammittat priuilegium fori omnino quoad oĩa capita priuilegij nõ autem illud ammittit quoad oĩa tempora, ſed tantum quouſque & dũ artes prædictas exercet quia ſtatim quod illas dimittit reaſſumit priuilegium & tandiu durabit priuatio quandiu permanebit in exercitio talium artium *ita Vital. in d. clem. 1. nu. 63. de vit. & honeſt. cler. vbi ẽt Zezal. & Matth. de Roma Capra reg. 94. n. 5. qui aſſerit hanc eſſe com. opi. Roſella in ſumma in verb. clericus, il 2. nu. 3. Molin. in tract. de contract. diſput. 342. n. 9. Alex. de Neuo conſ. 62. n. 7. Belluga in Spec. princ. rub. 11. §. videamus num. 3.*

971 Quæ ſublimitatio ſublimitatur in clericis coniugatis qui licet deſiſtãt a prędictis artibus vilibus non propterea recuperant priuilegiũ fori quoad bona, ſed tantum quoad perſonas, *ita concludunt omnes proxime allegati.*

972 Sublimitatur ſecundo quando tales artes non exerceret per ſe & manibus proprijs, ſed per alias ſummiſſas perſonas, quia tunc etiã in domo propria poterit talia exercere & ita exercẽdo nõ ammitteret priuilegiũ clericale, *Io. Andr. & Philipp. Franc. in c. vnico, de vit. & honeſt. cler. in 6. Roſella in d. verb. clericus, il 2. n. 4. Vital. in d. clemen. 1. n. 13. Lambert in tract. de iure patron. lib. 2. p. 1. art. 6. nonæ q. princ. n. 4.*

973 Sublimitatur tertio, vbi talem artem exerceret ſecretè & occultè, & non publicè, *c. 1. ibi publice de vit. & honeſt. cler. Roſell. eod. n. 4. Vital. d. clement. 1. nu. 12.* qui hoc not. ex eadem clem. & adducit rationem, ſcilicet, quia magis arguitur publicè quam occultè factum, *l. 1. §. generaliter ff. vi bon. rapt. l. nemo clericus C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.*

974 Et à quibus ſit facienda huiuſmodi monitio, & a quibus non poſſit fieri ponit Vital. *d. Clement. 1. n. 25. & ſeq. & n. 66. & ſeq. de vit. & honeſt. cler.* vbi ponit ẽt an ſit facienda perſonaliter an vero ſufficiat, vt fiat in loco ſolitæ habitationis & an poſſit fieri per publicum proclama an particulariter & an ad vocem vel in ſcriptis.

975 Limitatur 38. in omni cauſa poſſeſſoria in qua ẽt quod agatur de re eccleſiaſtica & de beneficijs eccleſiaſticis data negligentia iudicis Eccleſiaſtici iudex laicus põt manum imponere, licet agatur inter pſonas eccleſiaſticas, vt qñ clericus ſpoliaret aliquem vel qñ tractaretur de ſpolio iuris decimãdi & finilium, q̃a tunc iudex laicus põt reſtituere ſpoliatum in ſua poſſeſſione per viam cuiuſdam defenſionis extraiudicialis citando generaliter quemcunque ſuum putauerit intereſſe, *gloß. in c. cum quidem de eo qui mitt. in poſſeſſ. lib. 6. Boer. dec. 69. n. 23. Grammat. dec. 78. per tot. Affl. dec. 2. nu. 24. & dec. 24. n. 9.* vbi dicit ita vidiſſe practicatum in Regno Neapolitano, & nu. 10. dicit quod ita fuit iudicatum per totũ ſacrũ Concilium, *Gramma. in add. ad eundem Affl. d. dec. 2. in lit. B. qui aſſerit quod ita tenuerunt Io. Andr. in c. fin. de ind. vbi etiam Butr.* dicit poſſeſſorium nõ eſt q̃d ſpirituale, ſed temporale, *Archid. in c. 1. de reſtit. ſpol. in 6. quibus concordant Andr. Gail. obſer. 38. n. 3. & obſeru. 57. n. 1. & obſeru. 30. n. 20. lib. 1. Suarez in teſaur. recept. ſenten. lit. P. n. 188. Menoch. in tract. de retinen. poßeſſ. remed. 3. n. 327. & in tract. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 210. & ſeq. & n. 222. & 234.* vbi teſtat de magis comm. opi. & quod ita fuit ſeruatũ per Senatũ Pedemontanũ de anno 1562. *Miſinger. obſer. 67. centur. 2. Oſaſc. dec. 116. n. 1. Theſaur. deciſ. 82. nu. 1. & ſeq. & deciſ. 131. num. 10. Couarr. in lib. pract. quæſt. cap. 35. num. 1. & in epitom. de ſponſal. & matrimon. par. 4. cap. 8. §. 12. num. 3. Kircou. commun. opin. centur. 3. num. 92. vbi multos alios affert Zabbarell. in Clemen. diſpendioſam de ind. Guliel. de Monte Lauduno in clement. prima, de cauſ. poßeſſ. & proprieta. Guido Papa deciſio. prima,* vbi aſſerit quod ita fuit deciſum per Parlamentum Grationopolitanum inter priorem Sancti Roberti & in multis alijs cauſis, *& iterum idem dicit deciſio. 207. & deciſi. octuageſimaquinta, num. 1. & deciſ. 71. Ioan. Franc. a Ponte conſil. 96. num. 16. Reſtaur. in tractat. de Imperat. quæſt. 101. num. 1. Franc. Marc. deciſ. 215. num. 2. & deciſio. 652. nume. 1 Carol. de Graſſ. in tractat. de regal. Franc. lib. 2. iure 5. Aufrer. in tractat. de poteſtat. iud. laici regul. 2. limit. 24. in 16. tom. tractat. diuerſ. cart. mihi 290.* vbi dicit ita ſeruari in Regno Galliæ, & adducit multas rationes & authoritates, Ferdinand. Loaz *in repet. l. naturaliter*

liter

liter §. nihil commun. ff. de acquiren. possess. Viu. decis. 30. num. 5. Amod. a Ponte in tract. quis sit index in causa feudi, n. 88. cum plurib. seqq. Io. Ant. de Nigris in c. ad regale fastigium, nu. 7. & seq. Rebuff. super consti. Galliæ in 3. to. tit. de materia possess. art. 7. n. 22. Iodoc. Damoder. in praxi ciuili, c. 41. in princ. Purp. cons. 26. n. 5. lib. 1. gl. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. vers. 2. regula car. mihi 397. post const. Regni Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorē nomine Adelesiam dec. 2. n. 39. de testam. Io. a Silua in tract. de benef. p. 1. q. 7. n. 12. Pontan. in tract. de spolio, lib. 2. n. 2. & seq. Alc. cons. 24. lib. 2. Quintil. Mandos. in trac. de monitorijs, q. 13. n. 12. Foller. in add. ad Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 77. car. mihi 205. Io. Bapt. Ferrett. cons. 30. n. 2. lib. 1. Auend. in tract. de exequen. mand. Reg. lib. 1. c. 1. n. 32. Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 45. & c. 34. nu. 30. Io. Igne. in l. necessarios, §. non alios in 2. p. ff. ad Sille. idem Menoc. d. remed. 15. n. 226. & 227. vbi dicit quod

976 isto casu clericus non dicitur reus, sed actor & allegat multos alios Doctores, & præcipue scribentes, *in l. testamenta omnia, C. de testamen. Peregr. in tract. de fideicom. art. 48. n. 63. Dec. cons. 187. n. 3. vers. non obstat quod citatio, Neuizz. consil. 20. n. 19. Rol. a Valle cons. 29. n. 9. & 12. lib. 2. Camill. de Curte in diuersor. seu comprehensor. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 144. vbi quamplurimos allegat, & nu. 145.* vbi dicit quod ista opinio in Italia est vsu recepta cum tolerantia, & approbatione Summi Pontificis, & num. seq. ponit rationes istius conclusionis, Farin. in tracta. crimi. q. 8. n. 23. vbi dicit quod hæc est magis communis * opinio tàm legistarum, quàm canonistarū.

Sed tandem ipse Menoch. *d. tract. de recuperanda poss. remed. 15. n. 34. in vltimis verbis post multa argumenta, & media, quæ prius adduxerat,* concludit quod hæc limitatio non est vera, & quod isto casu clericus spolians si possidet rē spoliatam debet conueniri corā iudice ecclesiastico, & hæc vltima opinio videt probari, *in clemen. vnica de causa poss. & proprie. & eam sequuti fuerunt Specu. in tit. de contumatia, §. sequitur vers. illud Couarr. in d. c. 35. n. 3. Io. Franc. a Ponte sibimet contrarius cons. 23. n. 35. Roland. etiam sibi contrarius cons. 23. n. 6. 16. & per tot. lib. 2. Menoc. in tract. de retinend. poss. remed. 3. q. 35. n. 129 Alex. Moneta in tractat. de decimis, cap. 8. nu. 10.*

Ego vero in istis contrariis opinionibus ita

977 distinguēdum esse puto, aut tractat de spolio beneficii ecclesiastici, aut de spolio rei temporalis, primo casu procedit secunda opinio qd iudex laicus non potest tali negotio se intromittere, secundo casu procedit prima opinio & iudex laicus poterit de causa cognoscere, & spoliatum restituere, *ita colligitur ex traditis per Abb. in c. fi. de iud. & in c. literas de iuram. calum. & per Gigan. cons. 5. n. 16. & cons. 19. num. 12.* vbi dicit quod opinio Abb. est cōiter recepta.

978 Sublimitatur nunc ipsa prima opinio, vt nō procedat qn̄ in eadē causa possessoria cognoscendum esset de titulo possessoris, & sic esset mixta cum causa proprietatis tūc enim iudex laicus nūquā poterit se ingerere in tali causa, sed hoc spectat oīno ad iudicē ecclesiasticum, *Imol. in d. c. literas de iuram. calumn. Imol. in clem. dispendiosā in fi. de iudic. Barbat. n. 51. Bero. n. 52. & 53. & alij oēs in rub. extra de iud. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 35. nu. 1. vers. ex quo patet Menoch. in tract. de retinend: possession. remed. 3. nu. 328. cū pluribus seq. Alex. Moneta in tract. de decim. cap. 8. nu. 3. Farinac. d. q. 8. nu. 23. vers. sublimita primo, & vers. limita iterum,* vbi ex Menocch. loco supra allegato hanc sublimitationem subli-

979 mitat tribus modis. Primo quando in causa possessorij de titulo principaliter cognoscitur secus si incidenter, quia tunc laicus est competens quia isto casu tituli cognitio non tollit laico iurisdictionem in causa possessorij, Ripa *in lib. 2. respons. cap. fin. num. 1.* Secundo quando de titulo, vel notorie ex actis, vel ex partis confessione constaret. Tertio quando pars de hoc se non opponit & ad hoc allegat nonnullos alios Doctores.

980 Secundo sublimitatur quando causa possessoria agitaretur inter duos clericos tunc enim iudex sæcularis nullo iure poterit de causa cognoscere, Farinac. *d. num. 24. vers. sublimita secundo,* vbi ad hoc multos alios congerit.

Isti duo numeri fuerunt sublati. 981 982

Limitatur trigesimonono dictus primus ef-

983 fectus quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non procedat quando clericus post susceptam tonsuram nunquam habitum clericalem gessisset, sed semper pro laico se habuit quia is talis poterit conueniri coram iudicibus laicis, *Vulpell. cons. 110. num. 3. & per totum qui allegat Abb. in cap. proposuisse in fin. de foro compec. Io. Lupum in tract. de libert. eccles. par. 2. q. 4.*

Limitatur quadragesimo, vbi clericus offi-

984 cium tutelæ vel curę acceptasset, quia eiusdem tutelæ, vel curæ administrationis cogitur reddere compotum corā iudice sæculari, *Masuer. in pract. in tit. de iud. & eorum iurisdict. §. item si clericus Guliel. de Benedict. in repet. cap. Reynutius in verb. & vxorem nomine Adelesiam decis. 2. nu. 128. Gloss. super ritu Magna Curia Vicariæ in tit. de foro competen. versic. secunda regul. cart. mihi 397. post constitut. Regni Surd. cons. 396. num. 9. lib. 3. vbi concordantes adducit Maccabrun. cons. 44. num. 49.*

985 Et ratio est quia cum officium tutelæ, vel curæ ei decernatur authoritate Iudicis sæcularis tanquam eius officiarij possunt coram eo trahi quia poterant se excusare ab officio si

clericus ut tutor

voluissent, *l. generaliter cum Authen. ibi posita C. de episcop. & cler.* quod si non fecerunt erit (eis impurandū *ita Maccabrun. conf. prædicto, nu. 50. 51. & 58.* vbi dicit quod tunc clericus fecit se indignū priuilegio fori, nec huic rationi obstare poterit id quod dixi supra ampliatione septima, scilicet, quod clericus non potest consentire in iudicē laicum, non solū tacite prout esset in casu præsenti verumetiam nec expresse, & cū iuramento, quia respondeo quod dicta ampliatio est vera quādo directe, vel indirecte ex eius voluntate renunciat suo priuilegio secus si coacte, & in consequentiā prout in casu proposito prout in simili videmus in clerico delinquēte in aliquibus criminibus, nec obstat quod possit responderi quod in delictis ammittit priuilegiū in pœnam criminis, quia eadem ratio militat in casu præsentis limitationis cū illud ammittat in pœnā illius facti ꝙ facere non debet vt est assumere tutelam quæ clericis est interdicta vt dicam infra effectu 16.

Alio modo responderi potest ꝙ iura prohibentia ne clericus se submittat iurisdictioni sæculari, *vt est cap. si diligenti de foro compet. cum similibus*, procedūt quando summitteret se principaliter vt reus secus si nō principaliter, sed contingēter, quia tunc ius cōstituit sibi iudicem, licet originē trahat ex facto ipsius clerici, quia multa fieri permittuntur incidenter & in consequentiā quę principaliter fieri prohibentur, *l. 1. ff. de author. tutor.*

986 Limitant 41. prædictū primum effectum ꝙ iudex laicus non potest modo aliquo cognoscere de clericis aut eorū causis vt non habeat locum quando curialis fecit se clericū quia is poterit per sęcularem iudicē etiam per manuū iniectionem ad curiā sæcularem reuocari, *l. si quis curialis vbi Bald. & alij, C. de episcop. & cler. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 144.*

Sed ego hanc fallentiam nullatenus puto veram quia si esset vera curiales retraherentur à vita contemplatiua quod esset cōtra id quod dixi supra in prælud.

987 Limitatur 42. quando laicus fideiussisset ꝓ clerico, quia si fideiussor coactus esset soluere ꝑ iudicem sæcularem poterit idem fideiussor coram eodē iudice cogere clericū, vt soluat *Bal. Ang. & Pet. de Suzar. in l. si C. de vsur. rei iud. Bertace. in tract. de episc. p. 5. lib. 4. n. 96. in 13. to. tract. diuer. p. 2. car. mihi 353. & in suo reper. in ver. clericus pro quo Viu. dec. 49. n. 7.*

Sed in hac limitatione contrarium, & melius tenuerunt *Bar. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non iuer. Bal. sibi contrarius in add. ad Specu. in tit. de compet. iud. in add. in verb. laicus, Bertacc. etiam sibi contrarius in eodem tract. de episc. p. 1. lib. 4. n. 30. in d. tomo car. 325.*

988 Et sciendum est quod fideiussor clerici si est laicus conueniendus est coram iudice sæculari, nec poterit opponere exceptionem declinatoriam fori competentem ipsi clerico) licet regulariter fideiussor possit opponere omnes exceptiones competentes ipsi principali, *vt dixi in meo tract. de except. except. 16. n. 44. in l. si reus, ff. iud. solui l. sed si restituatur, §. 2. ff. de iud. Bal. in rub. C. de priuil. dot. Aufr. in tract. de potest. iudicis sæcularis super perso. eccles. reg. 4. in fi. in 16. tom. tract. diuers. car. mihi 296.) & voluit Arnon. problem. 79. Marf. in rub. de fideiussor. n. 311. Cagnol. in l. venditor, n. 10. ff. de iud. Soc. in c. 1. n. 22. vers. decima nona declaratio de foro comp. Surd. conf. 396 n. 22. lib. 3. Turrecr. in c. te quidē n. 3. 9. q. 1. Baiard. in add. ad Clar. in §. fi. q. 36. n. 9. vers. item adde qd priuilegium & q. 47. n. 46. Vulpell. in tractat. de libert. eccl. p. 3. n. 28.* vbi alios allegat & adducit rationem, quia scilicet hæc exceptio declinatoria fori est mere personalis, ideo non transit ad fideiussorem, *Rocc. Placentinus in praxi iudiciaria, lib. 3. in tit. de excep. qua reo competunt*, quę tamen conclusio fallit quando in fideiussione fuisset interpositum iuramentū, quia tunc fideiussor poterit conueniri corā iudice ecclesiastico, *not. Alex. de Neuo in c. ex rescripto, n. 11. de iureiur.* sed hoc procedit ratione iuramenti, & non fideiussionis.

989 Limitatur 43. prædictus primus effectus quod iudex sæcularis nō potest cognoscere de causis clericorum, vt locum sibi non vēdicet vbi clericus aliquo casu cogeretur recognoscere an scriptura ꝓducta sit eius manu scripta quando lis verteretur ad instantiā clerici corā iudice laico, quia ad hoc cogi poterit per iudicem sæcularem, *Boer. dec. 114. Vrsill. in adnotat. Affl. dec. 173. n. 1. Io. Aloisi. de Leo in repet. Authen. cassa & irrita n. 19. C. de sacros. eccl.*

990 Limitatur 44. in clericis bigamis in minoribus constitutis, qui non gaudent priuilegio fori, & omni priuilegio clericali sunt spoliati, *c. altercationibus de bigamis in 6.* vbi dicit quod bigami non gaudent priuilegio clericali, *c. 1. de cler. coniug. in sexto c. 1. de bigam. Pet. Bellug. in specu. princ. rub. 11. §. videndum, n. 17. vers. ex permissis, Alber. in tract. de statut. lib. 3. q. 42. n. 5. Alfons. Aluarez in specul. iuris pontific. cap. 36. vers. sed dicit Rot. cart. mihi 107. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. capit. 9. num. 131. Bart. Socy. reg. 80. fallent. 3. Farinac. late quæst. 8. num. 8.* vbi multos alios adducit *Aret. in cap. nuper de bigam.* vbi dicit quod hoc idem procedit in sacerdoribus, *Marian. Soc. in c. peruenit num. 99. & seq.* qui dicit quod bigami non possunt, nec debent deferre tonsuram & habitum, *Aufrer. in tracta. de potesta. iud. laici super perso. eccl. reg. 1. fall. 8. n. 16 in 16. tom. tract. diuers. car. mihi 287. Paulus Borgas. in tract. de irregular. p. 5. in rubr. de bigamis, nu. 43. cum plurib. seq. Purpurat. conf. 408. num. 1. lib.*

lib. 2. vbi dicit quod hæc limitatio nedũ procedit in causis ciuilibus verum etiam & in criminalibus, *Henric. Bobie in c. ex literis, nu.* 16. *de vit. & honest. cler. Anania in c.* 1. *n.* 11. *de apostat. Cassan. super consuet. Burgun. rub.* 1. *nu.* 65. *car. mihi* 198. *glo. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. lit. B, in* 8. *limitatione car. mihi* 396. *post constitut.*

992 *Regni*, & ratio quare bigami non potiunt priuilegijs clericalibus est relata a Decian. *d. c.* 9. *n.* 133. scilicet quia cũ in matrimonio duplex consideretur mysterium ad similitudinem duplicis coniunctionis, quæ est in Christo prima coniunctio animorum quæ significat vnionẽ animæ Deo secunda coniunctionem Christi & Ecclesiæ & humanitatis & diuinitatis in Christo Quæ coniunctiones cum non possint esse nisi vnicæ merito non potest rite repræsentari nisi in primo matrimonio carnali, nam cum quis transit ad secundum matrimonium recedit ab vnitate, & diuidit carnem suam & ideo nõ potest verificari in eo & erunt duo in carne vna & per consequens non potest verificari neque representari illa vnica cõiunctio humanitatis & diuinitatis in Christo neque illa Christi cum ecclesia neque vltima illa animæ nostræ cum Christo & hanc rationem deducit ipse Decian. *ex c. debitum de bigam. & ex c. acutius* 26. *dist. & ex c. in Christo de consecrat. dist.* 2. quæ tamen ratio mihi non videtur vera ex quo est generalis & potest verificari tãm in matrimonio ex quo contrahitur bigamia, q̃ ex eo ex quo non contrahitur q̃a in omni matrimonio procedit illud Genesis, erunt duo in carne vna, ideo puto quod vera ratio cur bigami non possint frui priuilegijs ecclesiasticis sit in pœnam incontinentiæ quæ præsumitur in bigamo.

993 Ampliatur primo dicta limitatio, vt procedat etiã in eo qui per errorem & ignorãtiam bigamiam contraxit, vt quia quis putãs contrahere cum virgine contraxit cum vidua q̃a ignorantia vel error non excusat a bigamia, *c. ille* 32. *q.* 5. *Barbat. in c. si vir de adult. Hostiens. in summa in tit. de bigam. in* 7. *q. Decian. in tract. crim. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *nu.* 135. *in fine.*

994 Sublimitatur primo (& hæc limitatio est contra opinionem Angel. in loco supra allegato) in clerico in sacris cõstituto, quia is nõ obstante bigamia semper gaudet fori priuilegio, *gl. in c. quis quis* 84. *dist. vbi oẽs scribentes, c.* 1. *& ibi ẽt Doctores oẽs de bigam. in* 6. *Aufre. in tract. de potest. iud. laici super person. eccl. reg.* 1. *limit.* 8. *nu.* 16. *in* 16. *to. tract. diuers. cart. mihi* 287: *vbi dicit quod hac est verior opinio Decian. d. c.* 9. *n.* 135. *Ang. de Claua in sũma in ver. bigamia §.* 10.

995 Sublimitatur secũdo, vt dicta limitatio non procedat in eo qui vnicam & virginem duxit vxorem quæ postea adulterium commisit & postea eamdem reconciliatã cognouit, quia is talis non erit reputandus bigamus quoad ammissionẽ priuilegij clericalis, *Cappell. Thol. dec.* 64. *& ibi Aufrer. in add. idem Aufrer. d. lim.* 8. *n.* 16. *Decian. eodem c.* 9. *n.* 134. vbi dicit quod ita alias fuit iudicatum.

996 Sublimitatur tertio in eo qui contraxit cũ virgine quæ nondum cognita mortua fuit & iterum cum alia contraxit & matrimonium consumauit nãque is talis non ammittit priuilegium fori propter talem bigamiam, *Cappell. Tholo. & Aufrer. in locis supra citatis, Decian. d. c.* 9. *n.* 135. qui vlterius dicit idẽ esse in eo qui contraxit cum virgine quã prius q̃ ea cognosceret in matrimonio carnaliter cognouerat, quia si ipsa moreretur, & postea cum alia contraxerit non propterea ammittit priuilegium fori, quod locus esse dicit in eo qui contraxit cum vnica, & virgine quã etiã in matrimonio cognouisset, sed postea cũ in partibus longinquis profectus fuisset & pro mortuo ab oĩbus habitus esset & eius vxor iudicio ecclesiæ cum alio contraxit, quæ tñ reuerso primo viro voluerit ei adhærere ad quod etiam coactus fuerit censuris ecclesiasticis iste nãque diceretur bigamus & ammitteret priuilegia clericalia.

997 Sublimitatur quarto vbi adesset consuetudo quod clerici bigami gaudeant priuilegio fori, quia talis consuetudo esset valida ex quo est pro & in fauorẽ ecclesiæ & non contra ecclesiam, Io. de Anan. *in c.* 1. *nu.* 17. *de apostat.*

998 Sublimitatur quinto, vt habeat locũ tantũ in clericis vere bigamis, qui habuerũt plures legitimas vxores quas cognouerunt vel contraxerunt cum vidua non autem in bigamis interpretatiue, *Aufrer. in locis supra citatis, Clar. in §. fi. q.* 36. *nu.* 7. *in fine, & nu.* 8.

999 Sublimitatur sexto, vt dicta limitatio procedat q̃n matrimonium esset contractum de iure secus si de facto, Marian. Soc. iun. *in c. peruenit nu.* 101. *de sentent. excomm.*

1000 Qui autem dicantur bigami vere ficte vel interpretatiue, *ponunt Hostiens. & Goffred. in summa eiusd. tit. de bigam. Specul. in eod. tit. Borgas. in tract. de irregul. p.* 5. *in rub. de bigamis, nu.* 43. *cum plurib. seq. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. regu.* 1. *limit.* 8. *nu.* 16. *in* 16. *to. tract. diuers. car. mihi* 187. *Cappell. Thol. dec.* 254. *Ange. de Claua in summa in verb. bigamia §.* 13. *Purpura. cons.* 408. *n.* 2. *lib.* 2. *Intrigl. in tract. de feud. centu.* 2. *art.* 5. *nu.* 278.

1001 Limitatur 45. in clerico vsurario qui si fuerit de vsuraria prauitate conuictus poterit puniri per iudicem sæcularem, *Io. Monac. & Io. Andr. in c.* 1. *in fin. de vsur. in* 6. *prout eos allegat Marsil. in tract. de bannitis in verb. iudice, nu.* 215. *vbi*

vbi dicit quod ad hoc faciunt ea quæ notantur per Abb. Butr. & alios in c. cũ sit generale de foro cõpet.

1002 Et pro ea limitatione potest adduci ratio, quia hoc crimẽ in clerico est grauius quàm in laico, & propterea grauius punit, quàm laicus, *c. 1. & c. quoniam 14. q. 4. c. 1. 47. dist. Bero. conf. 84. n. 12. lib. 3.*

Mihi tamen hæc limitatio non videtur vera quia crimen vsurarum non est vnũ ex illis ex quibus cleric⁹ ammittit priuilegiũ, nec istud reperitur in toto corpore iuris Canonici puto tamen quod per indirectè posset puniri per iudicẽ laicũ scilicet, cum perit exequutionẽ instrumẽti vsurarij ei denegare audientiam, & debitorem absoluere ab obseruatione iudicij, & isto modo puto quod procedat limitatio.

1003 Limitatur 46. dictus primus effectus in clerico contrauenienti salueguardiæ, & illã frãgenti qui poterit puniri a principe sæculari qui ipsam saluã guardiã concessit, *Neuizzan. cons. 83. n. 10. qui ad hoc allegat Costumerium Frãciæ in Gallico sermone cart. 198. col. 1. Purpur. in l. si quis id quod §. in seruos ff. de iurisd. omn. iud. & alios Doctores, & vltra per eum allegatos idem dixerunt Cassan. super consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. n. 81. cart. mihi 203. glo. super ritu M. C. V. intit. de foro compet. lit. B. in 12. fallent. cart. mihi 396. post constitut. Regni Boer. dec. 297. n. 4. & per tot. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. regul. 1. limit. 12. n. 20. in 16. 10. tract. diuers. car.*

1004 *mihi* 287. vbi latissime loquitur de præsenti limitatione, in ista tamen conclusione contrarium tenuerunt *Guido Papa dec. 77. vers. sed an iudex Rebuff. in l. ab his, n. 8. C. de nauicular. lib. 11.* vbi dicit quod iudex sæcularis nunquam po-

1005 terit se intromittere in causis clericorum etiã pro salua guardia, quæ secunda opinio est vera, & seruatur in isto Regno in quo clerici pro isto, & similibus delictis non coueniuntur nisi coram iudicibus ecclesiasticis.

1006 Limitatur 47. prædictus primus effectus quod iudex laicus non potest se intromittere in causis clericorũ vt non procedat vbi iudex sæcularis compelleret debitorẽ clericũ ad remittẽdum iuramentum turpiter receptũ a debitore antequam per non solutionẽ inciderit in periuriũ, *Intrigl. in tract. de feud. cẽt. 2. artic. 94. n. 8.*

1007 Limitatur 48. vt locũ sibi non vendicet vbi tractatur de vi, & iniurijs inter personas ecclesiasticas, quia isto casu in aliquibus partibus de consuetudine seruatur vt iudex laicus de ipsis cognoscat, *Villalobs in comm. opin. in lit. C. n. 77.* vbi loquitur in Regnis Hispaniarum, & dicit quod in casu prædicto se intromittũt officiales temporales, Affl. decis. 24. n. 9. vbi loquitur de tali consuetudine existẽre in Regno Neapolis, *Ant. Scap. in tract. de iure nõ scripto lib. 1. c. 16. nu. 2.* qui asserit quod hæc consuetudo originem traxit a text. in c. princeps 23. q. 5. de qua consuetudine an sit vera non disputo, & remitto me ad dispositionem Bullæ in Cœna Domini.

1008 Limitatur 49. prædictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non habeat locũ vbi clericus fideiussisset de iudicio sisti, & iudicatũ soluẽdo coram iudice laico, quia pro tali fideiussione poterit clericus citari, & conueniri corã eodẽ iudice sæculari, *Marian. Soc. in c. 1. nu. 45. de foro compet. quem refert, & sequitur Blanc. in tract. de comprom. q. 3. circa finem, vers. & facit quod adducit*, sed in hoc contraria opinio est vera, & pro

Et sicuti iudex ecclesiasticus est iudex com 1271 petens,qui declarare habet an clericus possit vti priuilegio fori ecclesiastici ita pari modo probatio quod quis sit clericus debet fieri in curia ecclesiastica, *glos.in cap. si iudex laicus, in fin.de sentent.excommun.in 6. Innocent.in cap. vt fama,in princ. eodem titu. etiam in 6. Alexand. de Neuo conf.59.nu.1. Petr.Belluga in Specul.princip.rubr.11.§.videamus, num.5.* vbi dicit quod ideo debet fieri coram iudice ecclesiastico, quia est quid spirituale *ad quod allegat Bald. in l.quoties, C.de iud. & vltra eos idem dixerunt Ripa in c.decernimus,nu.4.vers.sed coram quo de iud. Mascard. in tract.de probat. conclu.961.vbi asserit hanc esse commun. opin. & conclus.689. num.7.Ca pell.Tholos.dec.117. Anastas. Germon.in tract. de sacror.immun.lib.3.cap.15.nu.56. Couarr. in lib. pract.qq.cap.33. num.2.* vbi testatur de comm. opin. & dicit quod ita seruatur in tribunalibus Hispaniæ nullo contradicente, *Fulu.Patia. in tract.cui incumbat onus proband.negat.lib.2.ca. 34.nu.21.& 80. Alphons. Aluarez in Specul. iuris pontif.c.35.vers. & talis vera cart.mihi 98.circa finem,Iacob.de Graff.in dec.aur.p.1.lib.4.c.18 num.153.* qui asserit quod hæc est communis opinio, quod non obstante quòd hæc opinio sit communis contrarium nihilominus serua tur in Regno Neapolitano, *Menoch. conf. 912 num.7.lib.10. Cepoll.conf.10. num.6. & 9. in crimi. Ortens. Caualc.in tract.de braccbio regio par. 1. num.90. vbi testatur etiam de commun.opin. Muta super consuetud.huius Vrbis Panormi, c. 4. num.7. Clar.in §.fin.q.36.num. 18.* vbi dicit quod hæc est communis opinio, & quod ita seruatur in Hispania, & quod in Ducatu Mediolani aliter seruatur in quo clericus contra quem iudex secularis procedit criminaliter exhibet sua iura, & instrumenta clericatus Vulpell. consil. 30. num. 6.

1272 Quæro secundo an in facienda tali probatio ne ad hoc vt clericus remittatur suo iudici sit necessaria aliqua partis citatio, & dico quod non,*ita Bald.in l.si qua per calumn. vers. sed pone, C.de episcop.& cler. Port. concl. 43. ampl. 46.car. mihi 335.*quod secus est in declaratione faciēda per iudicem ecclesiasticum qñ vult pronūciare an clericus debeat admitti ad forum ec-1273 clesiasticum an non quia tunc talis declaratio debet fieri citato, & audito ipso iudice sæculari,& eo cuius interest copulatiue, *Cepoll.conf. 11.num.2.in crim. Boss.in tract.crim.in tit. de foro compet.num.151.& 155.Dom. de S. Gemin. in c.si iudex laicus, in fine, de cler. coniug. in 6. Farin. in tract.crim.quæst.8.n.37. Intrig.singu. 1.nu. 2.lib. 3. Alex. Rauden.conf.17.n.13.& 20.lib.2.*

Et si iudex ecclesiasticus pronunciauerit illum de quo agitur esse clericum tunc iudex 1274 laicus tenetur illum remittere vna cum processu contra eum compilato, *d. c. si iudex laicus vbi hoc not.Doct.Cepoll.conf.10.nu. 13. in crim.* & hoc tam si clericus est captus in habitu laicali, 1275 quando clericali, Cæpoll.consil. 11. num. 2. etiam in crimin.

At in tali remissione facienda iudex laicus 1276 pro sua cautela potest se protestare quod ipsum remittit saluo iure vendicandi,quia si ali ter eum remitteret videtur iuri suo renuntiare, nec posset amplius eū punire si clericatus non probaretur, & tota cognitio ad iudicem ecclesiasticum pertineret,*Patian.in tract.cui incumb.onus proban.negatiu. lib. 2. c.34.nu.49.vbi ad hoc allegat Aufrer.in add.ad Capell.Tholos.dec. 117,in fin.& Crauett.in tract.de antiqu.temp.p.3. in §.seu sectione incip. videmus, nu. 34. versic. sed an sola possessio.*

1277 Quæro tertio an isto casu iudex laicus possit statuere tēpus ipsi clerico infra quod habeat clericatum probare coram iudice ecclesiastico, & respondeo quod non quia hoc non spectat ad suam iurisdictionem, & quia non potest imponere legem superiori, *Ias. in l.2.n.12. & 15.ff.de re iud.qui asserit quod hæc est cōm. opi. Mascard.in tract.de probat.concl.689.n.1.qui allegat Bart.in l.pro tribunali vbi etim Doctores, ff. de re iud.& in l.præses,C.de apell.*

Iste numerus fuit sublatus 1278

1279 Quæro quarto, an iste articulus quod clericus remittatur ad iudicem ecclesiasticum terminetur per iudicem ordinarium ipsius clerici an vero per ordinarium illius loci vbi fuit captus an vero per ordinarium superiorem officialis capientis, & dicas quod est terminandus per ordinarium illius loci vbi clericus reperitur in posse iudicis laici, *Lapus in c. si iudex laicus num. 1. de sentent. excommun. in 6.*

1280 Quæro quinto an,pendente articulo an qs sit clericus, & an debeat remitti ad suum forum ecclesiasticū,persona clerici interim sit remittēda ipsi iudici ecclesiastico an vero sic custodienda penes quem reperitur, & aliqui dixerūt quod interim isto casu captus custoditur

ditur in carcerib' laici donec ista quæstio per iudicem ecclesiasticum fuerit terminata, *Caualcan. in tract. de brachio regio p. 1. n. 9. Farinac. in tract. crim. q. 19. n. 1. & latius, q. 8. n. 36. vbi prope infinitos allegat Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. nu. 88.* Alij vero dixerunt quod interim debet remitti ad iudicem ecclesiasticum *ita Anastas. Germo. & alij per eum citati in tractat. de sacror. immun. lib. 3. cap. 15. num. 56.*

Sed re vera in isto articulo est omnino distinguendum, aut clericus fuit captus in habitu laicali, & indistinctè procedit prima opinio, aut fuit captus in habitu clericali, & tunc interim est custodiendus apud iudicem ecclesiasticum, quia ex quo reperitur in possessione, vel quasi clericatus est manutenendus in statu in quo reperitur, *c. si iudex laicus de senten. excomm. in 6. vbi hoc not. Ancher. in 3. not. Petr. Bellug. in Specul. princ. in §. videamus de clericis, n. 4 vers. occurrit igitur car. mihi 44. Couarr. in lib. pract. q. c. 33. n. 3. vers. fortassis,* vbi dicit idē esse si captus cōi opinione pro clerico reputaretur, vel idest fama publica, *Franch. dec. 189. n. 6.*

1281 Quæro sexto, an quando iudex ecclesiasticus facit inhibitorias iudici sæculari ne se intromittat in ꝓsequutione incepta, & formata contra clericum, & ne illam prosequatur an tunc requiratur citatio ipsius iudicis sæcularis, & dico quod non, *Alex. cons. 149. n. 4. lib. 6. Lancell. in tract. de attent. p. 2. c. 20. q. 5. nu. 223.*

1282 Quæro septimo quo ordine, & solemnitate iudex sæcularis remittat clericum ad suum iudicem ecclesiasticum, & dico quod debet illū remittere cum magna modestia, & vrbanitate alias autem si illum remitteret cum ignominia, & verecundia, vtpura cum transmittendo sine pallio cum manibus ligatis, vel cū tubis, vel capite detecto, vel simili modo in opprobrium remissionis diceretur lædere iurisdictionem ecclesiasticam, & per consequens incideret in canonem, *si quis suadente diabolo 17. q. 4. c. nuper de sentent. excommu. Carau. super ritu M. C. V. ritu 235. num. 6. Iacobus Sbrozz. in tracta. de Vicar. episcop. lib. 1. c. 132. nu. 30. Fuln. Patian. in tracta. cui incumbat onus proban. negat. lib. 2. c. 34. nu. 49. vers. tertium est, Ortens. Caualc. in practica, de testib. p. 5. nu. 220. Clar. in §. fin. q. 36. num. 43.* vbi recenset aliquas prouincias in quibus remissiones prędictæ fiunt cum maxima irrisione populi, & quod in partibus suis absque aliquo dedecore ipsorum clericorum, *Gemin. in c. si iudex laicus, §. fin. nu. 11. de sentent. excommun. Belluga in Specul. in princ. rubr. 11. §. videamus, num. 9.*

1283 Quæro octauo, ad cuius expensas debeat fieri remissio clerici petentis se remitti ad iudicem ecclesiasticum, & dico quod debet fieri ad expensas ipsius clerici petentis se remitti ad suum iudicem, ita vt ipse teneatur soluere satellites, qui ꝓ eius custodia mittuntur, *Bald. & Card. Alexand. in c. 1. §. si iudex de pace tenend. in vsib. feud. Boerius decis. 303. num. 9. Vrsill. in adnot. ad Afflict. decis. 265. nu. 50. Menoch. in tract. de arbitr. casu. 228. nu. 8. & seq. Foller. in pract. crim. canon. in verb. miscellan. quædam, nu. 50. car. mihi 330. & super constitu. Regni in tit. de episcop. & cleric. cap. item seruat nu. 6. cart. mihi 83.* vbi dicit, quod si talem remissionem peteret iudex ecclesiasticus pro defensione priuilegiorum suæ iurisdictionis tunc debet fieri ad expensas ipsius iudicis, & non prosequuti, *Baiard. in addi. ad Clar. §. fin. q. 36. num. 27. Anna singul. 271. Masullus in add. ad Capicium decis. 9. & 13. Alexand. Raudens. cons. 17. num. 23. lib. 2. Conarrn. in lib. pract. q. c. 33. num. 5.* vbi dicit quod *omnes mouentur ad ita dicendum argum. text. in l. quoniam liberis, C. de testib. & in l. cum sæpe, C. de erogat. milit. anno. lib. 12. Fulu. Patian. in tract. cui incumbat onus probandi negat. lib. 2. cap. 34. nu. 48. Thom. Zerola in praxi episcop. in verb. remissio reorum versic. ad quintum,* vbi dicit, quod tunc debet fieri remissio ad expēsas clerici capti quādo clericus est habilis ad soluendum, si vero est inhabilis tunc fit ad expensas accusatoris, vel instigatoris alias episcopi, qui eum repetit: *& hoc idem dixerunt Couar. Masullus, & Raudens. in locis proxime citatis.*

1284 Quæro nono, quando clericus dicatur clericaliter viuere, & respondeo quod tunc dicitur clericaliter viuere quando exercet ea, quæ concernunt statum clericorum, *Rebuff. in trac. de literis obligatorijs art. 20. gloss. 1. nu. 121. in 1. to. comment. constit. Franc. Foller. super constit. Regn in tit. de episcop. & cler. cap. item statuimus, nu. 9 cart. mihi 68.*

1285 Quæro decimo, quid si iudici laico constat quod clericus quem pœnes se detinet carceratum est innocens illius delicti pro quo reperitur carceratus, an tūc debeat illum statim dimittere, & relaxare, an vero illum relaxādum tradere suo iudici, & dico quòd debet statim illum liberum dimittere, *ita Carauit. super ritu M. C. V. ritu 235. nu. 20. Baiard. in addi. ad Clarum §. fin. q. 36. num. 19.*

1286 Quæro vndecimo, quid si clericus captus a iudice laico impetrasset inhibitorias a iudice ecclesiastico an possit talibus inhibitorijs renuntiare, & promittere eis non vti, & dico qđ nō quia talis renuntiatio esset inualida, & ea non obstanter semper potest petere se remitti ad suum iudicem competentem, *c. contingit de sentent. excomm. Gemin. in c. 1. §. & cum Parisiens. de cleric. coniugat. in 6. Bertrand. cons. 67. n. 12. lib. 2. cons. 182. nu. 3. in fi. & nu. 4. & 5. lib. 1. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 116.* & ratio est quia pet, talem renunciationem renūtiaret etiā fo-

ro ecclesiastico, cui non potest, vt dixi supra in ampliationibus.

1287 Quæro duodecimo, quid si clericus est citatus per iudicem laicum pro delicto ab eo commisso, qui tamen non comparet, & ob id ponitur in banno, & ratione contumaciæ vigore statuti habetur pro confesso, an si postea est captus possit dicere bannum, & confessionem nullam tanquam processum contra clericum, & dico quod sic constito de clericatu, *Ancher. in reg. ea q. 25. de reg. iur. in 6. Aufrer. in tract. de potestat. iud. laici super person. eccles. reg. 2. limit. 23. in 16. to. tract. diuers. car. mihi* 289. vltra quod etiam confessio expresse facta est ipso iure nulla, vt dixi etiam supra in ampliationibus.

1288 Quæro decimotertio, quid si clericus fuisset condemnatus tanquam laicus, vt quia ita reputabatur, an tunc si appellauerit, & docuerit se esse clericum iudex appellationis laicus poterit pronunciare sententiam nullam, & dico quod sic determinauit Bart. *cons.* 225. & rationem adducit, quia tunc non iudicat de clerico, sed de nullitate sententiæ *hoc idem dixerunt Petr. de Ancher. & Andr. Barbat. num. 102. cum pluribus sequen. in c. 2. de foro compet. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 62.*

1289 Quæro decimoquarto, an in casibus supradictarum limitationũ in quibus iudici laico acquiritur iurisdictio super personis ecclesiasticis illa acquiratur priuatiue quoad iudicẽ ecclesiasticũ, an vero cumulatiue, & respondeo quod cumulatiue, est bene verum quod si iudex ecclesiasticus processerit contra clericum, & eum condemnauerit ad pœnam non condignam delicto ex defectu potestatis, vt quia deberet pro delicto imponi pœna mortis naturalis quod ipse imponere non poterat, & imposuit pœnam perpetui carceris tunc iudex laicus poterit eundem punire pœna a iure statuta, & etiam mortis, *ita Scacc. in tract. de iud. par. 1. cap. 11. nu. 101. vbi allegat Boss. in tit. de foro compet. num.* 133.

1290 Et vt finem imponam præsenti primo effectui, dico quod prælatus, ac iudex ecclesiasticus potest prohibere laicis ne deferant habitum, & tonsuram clericalem, *Domin. & Franc. in cap. vltimo, in fin. de bigam. in sexto, Marc. Ant. Genuens. in pract. Archiepiscop. cap. 53. nu. 3.* vbi dicit quod ita seruatur in Ciuitate Neapolis.

1291 Secundo sciendum est, quod quando clericus priuatur priuilegio clericali non priuatur nisi possessione clericatus, nam dato quod priuetur priuilegio, nihilominus remanet clericus, quia caracter clericalis est indelibilis, & sic vbicunque clericus propter delictum ammittit priuilegium clericale solam possessionem perdit, & non proprietatem, seu ordinẽ, *Alexand. de Neuo cons. 62. num. 6.*

1292 Tertio sciendum est quòd si iudex sæcularis iudicauerit se competentẽ in causa clerici, & postea sententiam tulerit diffinitiuam non obstante tali interlocutoria quocunq; tempore poterit clericus de nullitate dicere, *Paul. de Castr. in l. 2. num. 9. versic. breuiter ff. si quis in ius vocat. non iuer. Prosper. Passett. cons. 23. nu. 7.*

1293 Quarto sciendum est quòd vbi clericus in casibus a iure permissis conuenitur coram laico tunc debet seruari ius canonicum prout econtra si laicus conuenitur coram ecclesiastico debet seruari ius ciuile, *Petr. Nicol. Mozz. in tractat. de feud. in titul. de naturalib. feud. nu. 125. & seq. Dom. Intrigliol. in eodem tract. centur. 2. art. 94. nu. 9. & 10. cum alijs quos referam infra effect. immediate sequent.*

1294 Quinto sciendum est, quòd quantum ad ammissionem priuilegij clericalis nulla est differentia inter clericos existentes in sacris, & in minoribus, vbi delictum est causa ammissionis ipsius priuilegij quia caracter ita est impressus in animam constituti in minoribus quàm in sacris, *Alexandr. de Neuo consil. 59. num. 4. in fin. vbi adhoc allegat cap. vnicum de vit. & honest. cleric.*

1295 Sexto sciendum est, quòd sex erant necessaria de iure canonico antiquo ad hoc, vt clericus ammitteret priuilegium fori. Primum quòd non incedat in habitu. Secundum quòd se immisceat enormitatibus. Tertium quòd in illis frequentauerit. Quartum quòd in illis sit depræhensus. Quintum quòd fuerit ter monitus. Sextum, & vltimum, quòd post monitiones fuerit incorrigibilis, *Io. Fran. à Ponte cons. 24. num. 4. & 5.* vbi dicit quòd duo vltima sunt disputata, & quod quatuor prima omnino requiritur, *Cepoll. cons. 11. num. 29. 35. & 37. in crimin. Gramma. voto 8. num. 4. & voto 9. nu. 18. & voto 38. num. 15. Roland. à Valle cons. 4. num. 28. & seq. lib. 2. Brun. cons. 64. num. 8. in fin. Decian. in tractat. crimin. part. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 103. & 106.* vbi dicit, quòd quatuor prima sufficiunt, *Rain. cons. 7. num. 6. lib. 5. Capic. decis. 155. nu. 26. & decis. 161. num. 2.* vbi dicit quòd ista sex requisita debent adesse in clericis in sacris constitutis, sed in constitutis in minoribus forte sufficerent quatuor prima circa, quæ est in omnibus multum attendenda consuetudo, *Menoch. cons. 912. num. 33. lib. 3. Fuscus in singul. in lit. C, num. 121. Thom. Zerola in praxi episcop. in verb. clericus §. 16.* vbi dicit quòd quinque sufficiunt, *Sigis. Scaccia in tract. de iudi. p. 1. c. 11. nu. 8.* qui dicit quòd prima quatuor requisita debent adesse si non fuerit ter monitus si vero fuerit ter monitus, & clericus sit in minoribus constitutus ad priuandũ illum priuilegio fori *allegat Rol. a Valle cõs. 31. n. 32. lib. 1.*

1296 Septimo sciendũ est, quòd clericus non solum

lum personaliter, & per seipsum potest petere declinatoria fori verū etiam, & per alium, & hoc procedit tā si is, qui petit hanc declinatoriam habet spetiale mandatū, & ad hoc serio sit procurator constitutus, quàm non, & etiā non obstante statuto (prout est in ritu M. C. V. Regni Neapolis) quod declinatoria fori non admictitur nisi reo cōparente, *Guido Pap. dec. 338. Campan. super c. Regni Neapol. c. 94. nu. 8. Marsi. in l. vnica nu. 165. de rapt. virgin. Anton. Scappa in tract. de iure non scripto lib. 5. c. 181. n. 6. & 7. vbi dicit qd ita seruatur de cōsuetudine Franc. dec. 329. Muta super cōsuetud. huius vrbis c. 4. n. 5. Tho. Zerola in d. verbo clericus §. 3. circa medium.*

SECVNDVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ligari, & forum sortiri paria sunt.*

2 *Materia de statutis ligantibus clericos est maximum pelagus.*

3 *Clerici regulariter non ligantur statutis laicorum amplia nu. 8. & seq. lim. nu. 112. & seq.*

4 *Statuta regulantur a potestate, & iurisdictione statuentium.*

5 *Lex nulla potest ligare non subditum.*

6 *Laicis deficit potestas ligandi clericos per eorum statuta.*

7 *Superior non ligatur lege sui inferioris.*

8 *Laici omnes sunt inferiores Clericis.*

9 *Clerici etiam in minoribus constituti non ligantur statutis laicorum.*

10 *Statutum loquens per verba quantumuis generalia, & vniuersalia non comprahendit clericos.*

11 *Statuentes non præsumitur quod voluissent in generali statuto comprahendere eos de quibus in specie disponere non potuissent.* (tos

12 *Verba generalia nūquā cōprahendunt priuilegia-*

13 *Verba generalia restringuntur secundum subiectam materiam.*

14 *Statutum laicorum non valet quo ad clericos etiā si eis tollat id quod fuit eis semel acquisitum per longissimā consuetudinem, vel per aliud statutum quod intelligas, vt nu. 18. & seq. & nu. 23. & 24.*

15 *Statutum factum in fauorem non subditi transit in contractum.*

16 *Statutum tollens clericis id quod est eis aliàs acquisitum per aliud statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam, nu. 23.*

17 *Statutum non potest reuocari in præiuditium iuris quod fuit quæsitum non subdito.*

19 *Statuentes possunt prohibere ne clericis fruantur beneficijs ab eorum statutis inductis.*

20 *Statutum denegans eius fauorem clericis non dicitur contra libertatem ecclesiasticam, & de ratione vide nu. 21. & 22.*

25 *Statutum disponens quòd clerici non possint, vti aliquo statuto laicorum in eius fauorem nisi illud acceptent contra se, vel nisi episcopus per suam constitutionem sinodalem approbet statuta prædicta, est validum.*

26 *Statutum quòd non subditi statuentibus nullo potiantur beneficio statutorum est validum, & comprahendit clericos quod intelligas, nu. 28.*

27 *Statutum quod forensis non possit, vti beneficio statutorum non compræhendit clericos.*

28 *Pactum usurarium positum in contractibus licitis annullatur licèt ipsa dispositio licete subsistineatur.*

30 *Conditio inhonesta, vel impossibilis vitiatur, & non vitiat institutionem vel legatum.*

30 *Vtile per inutile non vitiatur in separabilibus.*

31 *Papa non potest statuere, vt omnes clerici subijciantur statutis laicorum.*

33 *Statuta laicorum sicut non compræhendunt personas ita nec bona clericorū nu. 35. distinguen. n. seq.*

34 *Bona dicuntur esse accessoria personarum.*

38 *Bona clericorum tam diu sunt exempta a statutis laicorum quam diu pænes ipsos clericos sunt.*

39 *Ecclesia non supponitur statutis laicorum.*

40 *Propter quòd illud quodq; tale, & illud magis.*

41 *Statutum laicorum non compræhendit clericos ēt quod disponat super quocunq; humani delicto, & etiā crimine lesæ maiestatis.*

42 *Statuta laicorum non compræhendunt clericos etiam si disponant super materia honesta, & fauorabili nisi ipsi hoc velint.*

43 *Clerici quando possint vti statutis laicorum eis fauorabilibus num. 46.*

44 *Statutum faciens expressam mentionem de clericis nō valet nec eos ligat etiam qd sit eis fauorabile, & priuilegiatiuum nisi sit à summo Pontifice acceptatum, & confirmatum, & de ratione vide nu. 45.*

47 *Principes non recognoscentes superiorem in eorū statu habentur loco Imperatoris, & potiuntur omnibus iurisdictionibus quibus Imperator.*

48 *Dispositio qualibet loquens de Imperatore habet locum etiam in principibus non recognoscentibus superiorem.*

49 *Ciuitates liberæ, & republicæ habēt iura Imperij.*

50 *Imperator dicitur dominus totius orbis.*

51 *Statutum non extenditur vltra iurisdictionem statuentis.*

52 *Statutum disponens simpliciter priuilegiando clericos est validum.*

53 *Clerici etiam cum iuramento non possunt se submictere statutis laicorum sed contra num. 54.*

55 *Laici respectu iuris indiuidui quod habent cum clericis non ligantur statutis laicorum.*

56 *Consors litis potitur omnibus priuilegijs competentibus suo consorti.*

57 *Restitutio in integrum concessa minoribus competit etiam maioribus litis consortibus.*

57 *Priuatus si habet ius cōmune cum ecclesia iuuabitur priuilegio ne contra eū præscribatur nisi spatio*

centum annorum prout contra ecclesiam.

59 *Præscriptio si est interrupta per vnum ex socijs talis interruptio prodest consocys.*

60 *Appellatio interposita ab vno ex consortibus litis prodest alteri consorti.*

61 *Statutum contra libertatem ecclesiasticam est nullius momenti ampl. nu. 62. & seq.*

62 *Statuentes & scribentes statuta contra ecclesiasticam libertatem sunt excommunicati.*

63 *Mandantes obseruari statuta contra ecclesiasticam libertatem sunt excommunicati.*

64 *Officialis qui potest & non tollit statuta contra libertatem ecclesiasticam compilata incidit in sententiam excommunicationis prout ipsi statuentes.*

65 *Statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam non solum si illud directe offendat verum etiam si indirecte.*

66 *Statutum contra libertatem ecclesiasticam dicitur septem modis.*

67 *Statutum contra libertatem ecclesiasticam quando disponat contra priuilegia concessa clericis & ecclesijs a Summo Pōtefice, vel alio principe sæculari.*

68 *Statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam quotiescunq; facit deteriorem conditionem clericorum, vel ecclesiarum quam sit de iure canonico, vel ciuili amplia num. 69. & 70.*

71 *Statutum dicitur contra ecclesiasticam libertatem si infert iniuriam vni ecclesiæ tantum, & n. 72.*

73 *Statutum dicitur cōtra libertatem ecclesiasticam si tollit clericis id quod per longam consuetudinem fuit eis quæsitum.*

74 *Consuetudo habet vim priuilegij, & tamen operatur quantum priuilegium.*
75 *Statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam si reddit clericos timidiores ad operandum id quod libere operarentur si statutum non adesset intellige nu. 76.*

77 *Statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam etiam si de clericis, vel ecclesijs nihil disponat sed de illis qui cum clericis contrahunt.*

78 *Statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam si clericis tollit facultatem libere disponendi de rebus suis.*

79 *Clerici non ligantur laicorum statutis etiam factis a quantumuis supremo Principe.*

80 *Statuta laicorum quo ad personas ecclesiasticas sunt nullius momenti etiam si adesset consuetudo ita statuendi.*

81 *Laici non possunt statuere super re spirituali, vt est super matrimonio, & similibus.*

82 *Statutum per quod cohartatur libera facultas matrimonij contrahendi non valet lim. 82.*

83 *Statutum puniens contrahentes matrimonium cū hominibus alterius factionis seu ciuitatis non valet.*

84 *Statutum quod mulier quæ nubit extra territoriū vel cum extero non possit succedere non valet.*

85 *Statutum disponens quod filij nati ex tali matrimoniō, vt ex matrimonio contracto cum extera, vel ignobili, ammittant nobilitatem tn est validum.*

86 *Statutum disponens ne pupillus, vel filius' familias possint contrahere matrimonium nisi cum consensu alicuius non valet.*

88 *Celsus Vgo cons. 38. nu. 5. in fin. reprobatur.*

89 *Consensus patris non est necessarius, vbi filius vult contrahere matrimonium licet de vrbanitate, & honestate requiratur.*

90 *Statutum principis sæcularis disponens in materia excommunicationis est omnino nullum.*

91 *Statutum tollens penam excommunicationis, vel prohibens aliquem posse excommunicare non valet.*

92 *Statutum directe tollens vires iuramenti est inualidum secus si indirecte.*

93 *Statutum disponens de decimis non valet.*

94 *Statutum laicorum loquens in materia vsurarum est nullius momenti.*

95 *Statutum disponens quod mutuans pecuniam vniuersitati non possit collectari non valet.*

96 *Statutum laicorum permittens vsuras licet non excuset quo ad pænas spirituales excusabit tamen quoad pænas temporales.*

97 *Principes sæculares possunt statuere circa spiritualia corroborando Ius canonicum.*

98 *Statutum laicorum disponēs de persona laicorum respectu clericorum est inualidum.*

99 *Statutum dictans quod concubinæ clericorum non possint stare in conniuinio, uel imponens aliquam pænam concubinis clericorum non valet.*

100 *Statutū dicitur conditum contra clericos ēt si in consequentiam, & non principaliter de eis disponat.*

101 *Principes laici non possunt statuere in materia concernente seu permittente peccatum.*

102 *Statutum permittens præscriptionem cum mala fide non valet.*

103 *Statutum quod filius spurius, vel alter illegitimus succedat in bonis paternis non valet.*

104 *Clericus qui succedit laico non ligatur statutis quibus ligabatur laicus eius author.*

105 *Statutum præiudicans alicui piæ causæ non valet.*

106 *Statutum puniens consanguineum clerici respectu ipsius clerici non valet.*

107 *Clerici coniugati quando non supponantur statutis laicorum.*

108 *Statuentes licet habeant liberam statuendi facultatem non propterea possunt aliquid statuere contra, vel supra clericos.*

109 *Statutum laicorum non ligat clericos etiam ad fauorem alterius clerici, vel ecclesiæ.*

110 *Clerici præsumuntur ignorare statuta laicorum.*

111 *Statutum laicorum est nullum tam si directe, quā si indirecte disponat de clericis.*

112 *Statutum laicorum continens aliquid quod est diuino, naturali, vel canonico iuri conforme ligat etiam clericos.*

113 *Statutum fundatum super naturali equitate ligat clericos.*

114 *Iudex ecclesiasticus non tenetur seruare statutum conforme iuri naturali, diuino, vel canonico, vt si statu-*

statutum laicorum, & vti quid a praedictis iuribus dispositum, & mandatum.

115 Paena interposita per statutum laicorū (casu quo clerici supponuntur tali statuto, non pōt exigi per iudicē saecularem, sed est exigenda per ecclesiasticum.

116 Clericus negotiator an & quando subijciatur statutis laicorum, nu. 117. 118. 119. & 120.

121 Statutum tractans de successione an & quando comprehendat clericos, nu. 122. 123. 124.

125 Statutum laicorum comprehendit bona & haereditates clericorum post mortem ipsorum.

126 Bona quae transeunt de persona ecclesiastica ad laicum dicuntur laicalia lim. vt nu. 127.

128 Clerici non possunt habere filios legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio.

129 Statutum loquens de haereditate illius qui moritur ab intestato non habet locum in haereditate illius qui moritur intestabilis.

130 Statutum quod potest afferre commodum, & incommodum ligat clericos.

131 Statutum quod potest afferre commodum, & incommodum non dicitus alicui praeiudiciale.

132 Statutum disponens super ordinatorijs iudicij ligat clericos.

133 Forensis in ordinatorijs ligantur statutis loci in quo lis agitatur secus in decisorijs.

134 Statuta quae respiciunt modum procedendi non concernunt personam, sed causam.

135 Statutum quādo dicitur respicere ordinatoria iudicij, & nu. seq.

135 Statutum dans executionem paratam instrumentis dicitur respicere ordinatoria iudicij.

136 Statutum disponens super appellationibus interponendis respicit ordinatoria iudicij.

137 Statutum de compromissis faciendis respicit ordinatoria.

138 Statutum tollens aliquam exceptionem de iure competentem dicitur respicere decisoria.

139 Statutum tollens omnes exceptiones aduersus executionem instrumenti non ligat forensem conuentum in loco vbi ad est tale statutum.

140 Statutum disponens circa probationes dicitur respicere decisoria.

141 Probatio respicit decisoria, & non ordinatoria, qa litis victoria dependet à probatione.

142 Locus contractus, & non iudicij attenditur in probatione facienda.

143 Instantia perempta, quae acta percant, & quae non num. 144.

145 Clericus litigans contra laicum in curiae saeculari ligatur statutis, & consuetudinibus illius curiae tām circa ordinatoria, quām decisoria, sed contra n. 147

146 Laicus agens contra clericum in curia ecclesiastica debet seruare statuta illius curiae.

148 Statutum laicorum à Papa confirmatum ligat etiam clericos.

149 Statutum laicorum à Papa confirmatum dicitur statutum Papale quod intelligi, vt n. 151.

150 Statutum confirmatū recipit vires à confirmante

152 Papa confirmans omnia in volumine statutorum descripta non censetur confirmare statutum quod continet periculum animae quod lim. n. 153

154 Confirmatio non operatur vbi confirmatum non est confirmabile.

155 Confirmatio nihil noui tribuit, sed quatenus confirmanda sunt iusta, & valida, superior confirmasse intelligitur.

156 Confirmatio statutorum quando fit ex certa scientia, & in forma specifica refertur ad omnia statuta quantumuis nulla, & inualida.

157 Statuta cōtra libertatem ecclesiasticam, vel aliter iniusta ad hoc vt sint valida, & ligent clericos non sufficit confirmatio Papalis facta ex certa scientia & in forma specifica, sed requiritur vt Papa de eis in specie fuerit certioratus.

158 Confirmatio statutorum quando dicatur facta ex certa scientia, & in forma specifica.

159 Confirmatio in dubio praesumitur facta in forma communi.

160 Confirmatio statutorum facta à Summo Pontifice semper interpretatur ne comprehendat clericos, licet de hoc nihil sit dictum

161 Confirmans omnia statuta non videtur confirmare ea quae eius potestatem minuunt.

162 Statuta confirmata per Episcopum nunquam afficiunt clericos.

163 Statutū afferens modicū praeiudiciū ligat clericos

164 Statutum laicorum disponens in materia delictorum in quibus clericus perdit priuilegium fori, vt est in assassinio comprehendit etiam clericos.

165 Clericus degradatus subiacet statutis laicorum.

166 Statutum laicorum ligat etiam clericos vbi ratio statuti tenderet euidenter ad finem rationabilem, & communem tām clericis, quām laicis lim. n. 173

167 Statutum disponens quod occidens non succedat in bonis occisi comprehendit etiam clericos

168 Statutum disponens simpliciter, & generaliter circa honesta, & non sit contra libertatem ecclesiasticā ligabit clericos, sed contra nu. 169. concorda n. 170. 171. & 172.

174 Statutum laicorum ligat etiam clericos vbi eius obseruantia non pareret aliquod peccatum, neq; aduersaretur sacris constitutionibus.

175 Statutum laicorum fundatum super honestate, & bonis moribus includit clericos licet non intuitu statuti, sed intuitu honestatis.

176 Statutum laicorum disponens super hijs, quae competunt clericis non vti clericis, sed vti alij de populo comprehendit etiam clericos.

177 Statutum laicorum disponens super vtili dominio rei emphyteuticae ecclesiae est validum.

178 Statutum laicorum dans ordinem succedendi inter comprehensos in inuestitura rei emphyteuticae est validum.

170 Coloni & inquilini clericorum ligantur statutis laicorum lim. nu. 180

Sta-

181 Statutum laicorum dirigens eius verba in laicum si tamen affert praeiudicium clericis, vel ecclesiae est inualidum.

182 Statutum principis laici disponens super possessorijs ligat ecclesiasticas personas.

183 Statutum editum ad petitionem, & instantiam clericorum ligabit ipsos clericos.

184 Statutum laicorum disponens super rebus cõprehendit clericos dominos ipsarũ rerum limita n. 186

185 Statutum quando dicatur loqui in rem & quando in personam vide remissiue.

187 Statutum laicorum ligat clericos si clerici ex eorum libera voluntate illud acceptauerunt.

188 Statutum disponens in acquirendis ligabit etiam clericos.

189 Statutum laicorum si non principaliter, sed in consequentiam affert damnum clericis est inualidum, sed contra n. 190.

191 Statutum dans certam formam contractibus, & vltimis voluntatibus ad hoc ut valeat comprehendit etiam clericos nu. 192. sed contra num. 193. concor. 194. & 195.

196 Tertiarij S. Francisci, & ceterarum religionũ ligantur statutis laicorum.

197 Statutum laicorum respiciens publicam, & cõem vtilitatem comprehendit tam laicos, quàm clericos, sed contra n. 199. & 200.

198 Prohibitũ sit permissum ratione publicae vtilitatis.

201 Consuetudines ex quo sunt mistae, tàm clericorum, quàm laicorum comprehendunt clericos secus si consuetudo esset laicorum tamen limit. n. 203. 204. 205

206 Statutũ disponens idem quod ius commune ligat clericos in illis casibus in quibus ius commune ligat ipsos clericos.

207 Consuetudines feudales ligãt clericos feudatarios ampl. nu. 208

208 Ecclesia si est feudataria ligatur consuetudinibus, & constitutionibus feudalibus.

209 Clerici vassalli possunt feudo priuari ex illis met causis ex quibus priuantur laici vassalli.

210 Vassallus, qui vult inuestiri de feudo tenetur praestare instrumentum fidelitatis.

211 Clericus vassallus tenetur iurare fidelitatem prout seruant vassalli laici.

212 Ecclesia si est feudataria non tenetur praestare iuramentum fidelitatis prout alij vassalli.

213 Praelati si habent feudũ tenentur praestare fidelitatẽ.

214 Clerici vassalli licet teneantur praestare iuramentum fidelitatis ad huc non tenentur praestare iuramentum assecurationis si sunt familiares domini.

215 Vassallus tenetur reuelare domino delictum quod in eius persona machinatum sub pena ammissionis feudi quod ampliatur etiamsi vassallus esset clericus, nume. 216.

217 Sacerdos quo casu teneatur reuelare id quod scit in confessione.

218 Vassallus etiam quod sit clericus non potest alienare feudum sine consensu Domini.

219 Vassallus clericus osculans vxorem domini feudi priuatur feudo, vt laicus.

220 Clericus vassallus ratione feudi tenetur ad oĩa ad quae tenentur caeteri vassalli laici.

221 Clericus vassallus potest priuari feudo ex omnibus illis causis ex quibus potest priuari vassallus laicus.

222 Ecclesia an priuetur feudo ob delictum commissum per praelatum.

223 Clerici licet non ligentur statutis laicorum ligantur tamen iure ciuili Romanorum quatenus non aduersatur iuri canonico.

224 Ius ciuile quatenus non est correptum per ius canonicum censetur ab eo approbatum

225 Patientia operatur consensum in eo, qui cõtradicere do actum impedire potest.

226 Leges ciuiles sunt diuinitus per ora principum promulgatae.

227 Ecclesia legum saecularium non respicit famulatũ.

228 Lex ciuilis loquens expresse de clericis non valet amplia nu. 229.

230 Lex ciuilis fauens clericis statim censetur per canones approbata etsi est nocina reprobata.

231 Lex ciuilis ligat etiam in conscĩetia sub reatu mortalis peccati, sed contra n. 232

233 Lex ciuilis continens, vel permittens peccatũ non valet amplia, n. 234

235 Dispositio l. patris, C. ad l. Cornel. de Sicar. non habet locum in foro conscientiae

236 Contrahentes possunt ad inuicem se decipere secundum ius ciuile.

237 Contrahentes non possunt se decipere etiam infra dimidium iusti pretij in foro conscientiae.

238 Ius ciuile vbi contradicit iuri canonico non est seruandum inter clericos, nec in foro ecclesiastico.

239 Ius ciuile inferens aliquod grauamen ecclesiae nõ valet.

240 Lex quando dicatur praeiudiciale, & afferre grauamen ecclesiae.

241 Venientes ab intestato si non petunt tutorem pupillo priuantur eius successione etiam quod sint clerici, num. 242

243 Condemnatus ad mortem non potest testari etiam ad pias causas.

244 Clericus condemnatus ad mortem perdit testamẽti factionem prout laicus.

245 Clerici arctantur praescriptione à iure ciuili introducta.

246 Ecclesia non ligatur nisi praescriptione 40. annor.

247 Instantia biennalis, vel triennalis inducta de iure ciuili currit etiam clericis, tam si litigant in causis ecclesiasticis, quàm saecularibus.

248 Instantia de iure canonico nunquam perit.

249 Instantia in causis ecclesiasticis, & spiritualibus est perpetua.

250 Clericis succeditur, & ipsi alijs succedunt secundum dispositionem iuris ciuilis quando tractatur de successione ab intestato.

251 Ius ciuile loquens in materia tutorum, & curatorum

rum seruatur etiam inter clericos.

252 Clericus qui adiuit hæreditatē non facto inuentario tenetur vltra vires hæreditarias prout laici.

253 Ecclesia quæ adiuit hæreditatē non facto inuentario non tenebitur vltra vires hæreditarias.

254 Clerici tenentur instituere suos parentes titulo honorabili ad hoc vt valeat testamentum.

255 Infames de iure ciuili sunt etiam infames de iure canonico nisi in casibus expressis ī ipso iure canonico.

256 Litigiosi vitium exstans apud resignantem transit in resignatarium.

256 Litigiosi vitium ita consideratur, & procedit inter clericos sicut inter laicos.

257 Litigiosi vitium habet locum etiam in materia beneficiali.

258 Litigiosi vitium exstans apud resignantem transit in resignatarium.

259 Remedium recuperandæ possessionis introductum a iure ciuili procedit etiam inter clericos.

260 Ius ciuile imponens pœnas contra contumaces vel temere appellantes habet locum & si contumax esset clericus vel si clericus temere appellauerit.

261 ✱ Clericus litigans coram sæculari potest appellare ante sententiam.

262 Testamentum annullatur propter præteritionem filij testatoris & si instituatur hæres clericus, ecclesia, vel locus pius.

263 Dispositio l. fi. C. de iur. deliberan. & authen. hoc amplius, C. de fideicom. habet locū etiā inter clericos.

264 Causa clericorum, & ecclesiarum semper sunt decidendæ, & terminandæ secundum ius ciuile in defectu iuris canonici.

265 Clerici in foro conscientiæ tenentur seruare statuta laicorum quando sunt iusta.

266 Statutum taxans, & limitans pretium rerum comestibilium vendendorum ligat etiam clericos.

266 Clerici tenentur ad restitutionem si vendunt rem comestibilem plusquam est taxatum per statutum laicorum.

267 Statutum disponens quòd quicumque declinauerit iurisditionem iudicis laici incidat in aliquam pœnam non ligat clericos.

268 Statutum prohibens delationem armorum non cōprehendit clericos.

269 Statutum ꝙ extantibus masculis feminæ non succedant excludit etiam feminas moniales contra nu. 270. de ratione vide 271. distingue 272. limita 273.

274 Statutum excludens feminas propter masculos excludit etiam eas ab hæreditate clerici sed contra nu. 275. limita primam opinionem 276.

277 Statutum excludens feminas propter masculos hēt locum & si masculus esset clericus contra num. 278.

279 Masculus clericus præfertur feminæ in successione feudi casu quo in feudis potest succedere.

280 Statutum quod frater primogenitus excludat secundogenitos an excludat secundogenitos clericos n. 281. limita secundam opinionem n. 282.

283 Statutum excludens monachos vel clericos a successione parentum vel agnatorum non valet limita vt num. 284.

285 ✱ Fratres capuccinorum, & de obseruantia S. Francisci, & clerici regulares vocati Theatini sunt penitus incapaces bonorū tā in cōmuni quā in particulari.

286 Statutum quod filia dotata, & maritata vel ingressa monasterium non succedat patri vel agnatis est validum.

287 Statutum quod officialis anni præsentis non possit se intromittere nec cognoscere de gestis per suum prædecessorem etiam si essent nulla non habet locum vbi officialis præteritus condemnasset clericum quia tunc posset de tali condemnatione cognoscere.

288 Statutum quod post annum non possit dici de nullitate non ligat clericos actiue sed tantum passiue.

289 Statutum quod bona donata possit confiscari si donans infra certum tempus deliquerit non habet locum vbi bona fuissent donata clerico.

290 Statum prohibens vt aliqua res) vtputa vinum vel granum, non possit extrahi extra territorium comprehendit etiam clericos extrahentes eius fructus sed contra nu. 291. 292. 293.

294 Coloni ecclesiæ, & clericorum subiacent statutis laicorum prout cæteri laici.

295 Statutum quod habens prædium vel domum magnam possit capere minorem pro amplianda sua soluto prætio compræhendit etiam clericos.

296 Statutum puniens euntes de nocte sine lumine non compræhendit clericos.

297 Statutum quod qui vult agere teneatur satisdare de soluendis expensis in casu succumbentiæ an compræhendat clericos.

298 Statutum quod quilibet possit ducere aquam per alienum fundum inuito domino compræhendit clericos tam actiuè quam passiuè.

299 Aqua vbi per statutum potest conduci per alienum fundum semper debet duci per locū minus damnosum, & minus incommodum domino fundi.

300 Statutum quod filius familias non possit contrahere sine consensu patris habet locum etiam in filio familias clerico sed contra ibidem.

301 Statutum disponens super instantia an, & quando comprehendit clericos.

302 Statutum dans executionem paratā instrumentis an, & quādo ligat clericos n. 303. 304. 305. & 306.

309 Statutum puniens ludentes non afficit clericos.

308 Clericus lusor quomodo puniatur remissiue.

307 Statutum quod forensibus non possint vendi arma arctat etiam clericos.

310 Statutum imponens pœnam vel gabellam contra euntes ad molendum in alio molendino quam principis vel vniuersitatis non compræhendit euntes ad molendum in molendino ecclesiæ, vel clerici.

311 Statutum imponens pœnam vel gabellam contra euntes ad molendum in alieno molendino non restringit clericos.

312 Statutum quod vir non possit alienare bona dotalia habet locum & si alienatio fieret in clericum secus

sista-

si statutum dictaret quod nemo possit emere rem dotalem num. 313.

314 *Statutum tollens appellationem ab interlocutorijs ligat etiam clericos.*

315 *Statutum prohibens introduci in ciuitatem vinum vel alium recollectum extra ciuitatem an, & quando comprehendat ecclesiasticas personas n.* 316.

317 *Stante statuto quod non possit introduci in ciuitatem vinum vel aliud recollectum extra territorium an potest introduci tale quid recollectum in prædijs ecclesiasticis positis extra territorium.*

318 *Statutum quod quilibet teneatur introducere in ciuitatem blada recollecta in territorio an afficiat clericos.*

319 *Statutum prohibens, ne pater, vel mater possint disponere de certis bonis, vel de quota bonorum habet locum etiam si dispositio sit in fauorem clerici, vel ecclesiæ.*

320 *Statutum prohibens venationem ligat clericos.*

321 *Statutum requirens certam sollemnitatem in alienationem bonorum minoris procedit etiam si minor esset clericus.*

322 *Statutum imponens certam penam pro delicto an is qui commisit tale delictum possit puniri ea pœna si post delictum fuit factus clericus.*

323 *Statutum disponens quòd extantibus agnatis cognati non possint succedere an excludat etiam cognatos clericos.*

324 *Statutum quod clericus deponens falsum coram iudice laico possit ab eos puniri quando sit validum.*

325 *Stante statuto quòd vicini teneantur resarcire damnum domorum combustarum clerici non possunt agere ad talem emendam quia ipsi ad id compelli non possunt.*

326 *Clerici qui non ligantur statutis laicorum non possunt frui eorum priuilegijs.*

327 *Clerici, & ecclesia semper vtuntur dispositione iuris communis nisi in casibus expressis.*

328 *Statutum minuens legitimam quam sit de iure communi habet locum etiam si filius esset clericus.*

329 *Statutum augens legitimam filiorum super bonis paternis an si pater instituat hæredem ecclesiam, vel clericum filij possunt deducere legitimam iuxta formam statuti.*

330 *Filij sunt preferendi, & magis priuilegiati quam pia causa.*

331 *Statutum prohibens ne offitialis vel nobilis recipiat cessionem contra plebeum habebit locum etiam si cessio fuit contra ecclesiam.*

332 *Statutum disponens quod bona quæ transeunt in ecclesiam vel ecclesiasticam personam transeant cū onere tributi prout erāt apud laicos vel quod semper possint collectari an sit validum, & n.* 333. & 335.

334 *Ratio ad hoc vt propria sit tributaria debet esse expressa qualitas, & quantitas tributi.*

336 *Pactum initum inter ciues vt omnes obligent eius bona pro tributis, & collectis futuris est validum etiam in præiuditium ecclesiarum, & clericorum.*

337 *Statutum quod nemo possit alienare bona stabilia existentia in territorio an tale statutum arctet clericos ita ut ipsi non possint alienare n.* 338. & 339.

340 *Statutū quod nemo possit alienare in forensem bona stabilia sub pœna non habet locum in eo qui alienat clerico vel ecclesiæ non subditis sed contra n.* 341. *Amplia secundam opinionem num.* 342. *limita.* 342. & 344.

345 *Statutum quod immobilia non possint alienari in non subditum absq; licentia principis habet locum etiam si alienatio fuerit facta clerico.*

346 *Statutum disponens quod alienans in non subditum soluat tot pro libera habet locum etiam si alienatio fieret in clericum.*

347 *Statutum mandans vt non possit fieri alienatio in non subditum præhabitis certis proclamationibus habebit locum etiam si alienatio fieret in clericum.*

348 *Statutum quocumq; modo prohibens alienationem in non subditum nunq. comprehendit clericum alienantem alio clerico non subdito.*

349 *Statutum mandans quod ingressurus religionem censeatur statim priuatus successione est validum contra* 350. *amplia num.* 352.

351 *Facere aliquid tempore prohibito vel facere tempore permisso, & effectum conferre in tempore prohibito paria sunt.*

353 *Statutum disponens quod volens ingredi monasterium possit testari de bonis presentibus, & futuris alias non testando censeantur instituti venientes ab intestato valet.*

354 *Statutum disponens quod mulier vel minor non possint contrahere vel testari sine certa sollemnitate & quod aliàs contrahendo contractus sit nullus an habeat locum vbi contractus fieret in fauorem clerici vel ecclesiæ nn.* 355. 356. & 357.

358 *Statutum prohibens aliquid vendi clericis vel ab eis aliquid emi vel prohibens aliqua seruitia clericis præstari non valet, un.* 359.

360 *Statutum mandans quod vendens aliquam rem clericis teneatur soluere gabellam vel aliquid simile facere non valet.*

361 *Statutum prohibens ne possit contrahi cum clerici est nullum.*

362 *Stautum quod clericis non possint vendi bona feudalia est validum.*

363 *Statutum mandans quod non soluens onera non gaudeat benefitijs statutorū non cōprehēdit clericos.*

364 *Clerici dicuntur legati apud Deum pro populo, & effundunt orationes ad placandam iram Dei.*

365 *Clerici sunt qui assidue orant pro populo.*

366 *Statutum quod existentibus agnatis vsq; ad certum gradum excludantur cognati habet locum etiam in hæreditate clerici.*

367 *Priuilegium personale extinguitur cum persona.*

368 *Statutum quod obtinens benefitium non possit capere possessionem sine licentia principis secularis vel alterius offitialis laici non valet.*

369 *Statutum quod bannitus possit impune occidi an com-*

excludant feminas, & alio quod religiosus non possit excludere feminas, tunc succeditur secundum dispositionem iuris communis n. 437.

437 *Statutum disponens quod colonus ecclesiæ vel clerici teneutur soluere collectam pro domino non valet*

439 *Statutum excludens filias dotatas vel mandans quod filia exclusa dotetur an habeat locum in ea quæ fecit se momalem.*

440 *Argumentum de matrimonio spirituali ad carnale est validum.*

441 *Statutum probibens alienationem rei litigiosæ an comprehendat slericos.*

442 *Statutum quod si venditor non apprebenderit possessionem rei venditæ sontractus præsumatur simulatus non comprehendit slericos.*

443 *Statutum mandans quod qui vult agere teneatur præstare de soluendo talem summam si succumbuerit non ligat clericos.*

444 *Statuum minuens pœnam offendenti clericum quam sit dispositum de iure ciuili, vel canonico non est validum.*

445 *Statutum quod non possit appellari ad sedem Apostolicam ommisso medio non valet.*

446 *Statutum prohibens ne testator decedens sine filijs possit de certis bonis, vel de quota bonorum testari non compebendit elericos.*

447 *Statutũ abreuians præscriptionẽ nõ ligat clericos.*

448 *Statutum loquens in materia damni dati an habeat locum in clericis, tam actiue, quàm passiue.*

449 *Statutum imponens pœnam custodibus animalium damnum dantium habet locum etiam in custodibus animalium clericorum.*

450 *Animalia clericorum quando possint retineri pro damnis ab illis illatis.*

451 *Statutum quod solutio debiti non possit probari per testes non ligat clericos.*

452 *Statutum loquens de probationibus faciendis nunquam ligabit clericos, & num. 454. 455.*

453 *Probatio respicit decisoria a qua causa dependet victoria.*

456 *Statutum tollens ferias introductas in honorem Dei non valet.*

457 *Statutum quod pater non possit meliorare vnum filium in praiudicium aliorum habet locum etiam si vellet meliorare filium clerisum, vel alium in praiudicium clerici.*

458 *Statutum quod coloni possint renuntiare suæ conductioni non procedit in solonis ecclesiæ.*

459 *Statutum quod ecclesia vel clerics nunquam possint præscribere an valeat, & num. 460.*

461 *Præscriptio cum mala fide nunquam permittitur de iure canonico.*

462 *Statutum requirens consensum agnatorum in contractibus mulierum vel minorum sufficit vt consentiat agnatus clericus.*

463 *Monachi, & cæteri regulariter dicuntur mortui mundo.*

464 *Statutum quod contractus nõ possit aliter probari quam per instrumentum non habet locum in contractibus clericorum.*

465 *Statutum quod filij positi in conditione non censeantur vel cẽseantur positi in dispositione vel quod testator præsumatur tollere vel non tollere falcidiã vel trebellianicã nõ habet locũ in testamentis clericorũ.*

466 *Statuum quod donatio rei de qua non est capta possessio in vita donantis præsumatur nulla an habeat locum vbi donatio esset facta clerico.*

467 *Statutum quod pro funere, & exequijs non possit expendi nisi vsq, ad tantam summam non valet limita vt num. 468.*

469 *Pompæ funerales magis sunt viuorum sollatia quam mortuorum suffragia.*

470 *Statutum annullans donationem aliquo casu non annullat donationem factam per clericum etiam in fauorem laici.*

471 *Statutum probibens ne possit fieri inuestitura extraneis existentibus hæredibus emphiteutæ an habeat locum in bonis emphiteuticis ecclesiasticis.*

472 *Statutum quòd nemo possit inuestiri nisi vocato possessore an habeat locum vbi inuestitura est facienda per ecclesiam vel clericum.*

& ibi ēt scribentes, de milite vassallo, qui arma deposuit Iacobin. de S. Greg. inuestitura feudali in vers. dictique vassalli n. 20. Bald. in l. quisquis C. de episc. & cler. Martin. Siluan. in tract. de feud. in rub. quib. mod. feuda ammittan. Cott. in suis memor. in vers. clericus quis efficitur Vulte. in tract. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. vers. verum quod clericus, Sosbech in tract. de feud. p. 4. n. 3. vers. decimoquarto, & p. 12. n. 137 Feder. Schenc. in eo. tract. de feud. lib. 3. tit. 8. nu. 4. Clar. in §. feudum q. 78. nu. 4. vbi dicit hanc op. esse veriorē, & mag. comm. Balzer. in c. 1. §. ex hoc n. 13 de feudo femina Arossental. in Sinops feudorū cons. 73. Thom. de Marinis in tract. de feud. tit. 2. de feudo ex pacto, & prouidentia n. 139. car. mihi 225. vbi dicit ꝙ hæc est receptior opinio Franc. Caldas in repet. l. si curatorem habens in ver. implorare in integrum restōnem n. 32. de in integr. rest. Pet. Enriquez cons. 51. n. 2 Ruy. cons. 42. n. 9. lib. 1. Rim. iun. cons. 557. n. 5. & 6. lib. 5. vbi dicit ꝙ hæc opinio est verior, & mag. comm. Panciroll. cons. 101. n. 1. Berrett. cōs 82. n. 1. Intrigl. in tract. de feud. cent. 2. art. 1. n. 133. & 134. vb ēt test. de mag. com. opi. Mantic. in tract. de coniect. vltimar. volunt. lib. 11. tit. 9. n. 31. Barbat. in tract. de præstantia Cardinalium p. 1. q. 5. n. 3. in 13. eo. tract. diuers. p. 2. car. mihi 77. Bero. cons. 16. n. 14. lib. 1. Curt. iun. cons. 192. nu. 42. & 45. lib. 3. Cesal. cons. 641. n. 6. lib. 5. & cons. 1. n. 1. & 2. lib. 1. vbi testatur de mag. com. opin. & dicit ꝙ hęc ampliatio procedit in oībus alijs religiosis Menoch. cons. 181. n. 75. lib. 2. Vran. cons. 9. n. 2. Et li-

5 cet cōtra præsentem ampliationem tenuerint aliqui relati per Harma. Vult. in d. tract. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. ver. quod aūt clericus cart. mihi 461. nihilomin⁹ nō est recedēdū ab ipsa ampliatione qua retēta ēt subampliabis aliqbus modis.

Subampliatur 1. vt ab ipso feudo cadat ipso
6 iure, & ipso facto, c. 1. §. qui clericus, si de feud. defunct. ibi eo ipso Menoch. d. cons. 81. n. 81. lib. 2. vbi alios allegat Ruyn. cons. 42. n. 9. lib. 1. Corne. cōs. 16. n. 10. lib. 1. Mantica in tract. de cog. vlt. volunt. lib. 11. tit. 9. n. 31. Intrigl in tract. de feud. cent. 2. art. 1. n. 131. & 151. vbi allegat Aluarott. & Bal. in c. 1 §. qui clericus in princ. vers. nam quoties, si de feudo defun. &c. & dicit ꝙ quoties quis priuat rōne
7 status incompatibilis eo casu ipso iure priuat & licet priuet feudo ipso iure nihilominus requirit̄ sñia declaratoria, Silua. in d. trac. de recog. feud. n. 22. n. 26. Barba. in add. ad Bal. in l. 1. C. de secund. nupt. Bursat cons. 14. nu. 17. vol. 1. Intrigl. d. c. 1. n. 160. quidquid in contrariū tenuerint ali-
8 qui relati ab eo n. 159. & ex regulare ꝙ vbi pæna imponit ipso iure semp requirit̄ sñia declaratoria Bero. cōs. 76. n. 95. & 96. Tiraq. in l. si vnquam in verb. reuertatur n. 20. & n. 400. Rōcagall. de duob. reis lib. 2. n. 34. f. 69. Mago. dec. flor. 16. nu. 13. 45. & 47. Sil. cons. 190. n. 13. Scrader. de feud. in 2. p. 2. princ. sect. 8. nu. 46. cū seq. ꝙ requirit̄ saltim p p auocandā possessionem, Clar. in §. feudū q. 62. & in §. emphyteusis q. 9. Burs. cons. 40. n. 38. & 39. lib. 1. vbi de mag. comm. test. Paris. de Put. de reintegr. feud. c. 30. n. 10. vbi ēt de cōi test. & c. 233. n. 3. Menoch. cons. 503. n. 9. vol. 6. Celsus Vgo cōs. 33. n. 8. & 9. Burs. cons. 14. n. 18. & cōs. 43. n. 22. & cōs. 77. n. 22. qb. ī locis de cōm. test. Port. cōs. 149. n. 21. Beniat. dec. 37. n. 4. de qua conclusione Deo dāte lati⁹ loquar in alio tract. de effec. clausularū in clausula (ipso iure, & ipso facto)

9 Subampliatur secundo, vt feudum ammittat ēt si post q̃ fuit factus clericus vel monachus habitum clericalem vel monachalem deferat, Iser. in c. 1. § qui clericus n. 4. & 5. si de feud. defunct. cōtro. sic Curt. iun. in tract. de feud. p. 3. rub. quemadmodū descēden. mascul n. 21. circa fin. f. 280. idem Isern in c. 1. n. 1. in fi. & n. 3. vers. alias de vassal. mil. qui arma bell. depos. Capic. dec. 115. nu. 52.
10 Arosental. in sinops. feud. c. 7. concl. 75. in fin. prout hos oēs refert, & sequitur Intrig. d. art. 1. n. 135. qui tamen n. 140. contrariam opinionem amplectitur ad quod allegat Feder. Schench. in d. c. 1. nu. 17. in fi. de Vassall. mil. & ibi ēt Aluarot. col. 3. in fi. vers. & videtur mihi Sōsbec. in trac. de feud. p. 12. n. 139. Guer. Pison. in prælud. feud. car. 175. a qua vltima opinione puto ꝙ non sit recedendū per rationem ab ipsomet Intrigl. ibi n. 171. adductam. s. qa non dr̄ quis habitū monachalem recepisse nisi in q habitu perseuerauerit argu. l. si pro parte §. versum vbi gl. ff. de in rē verso l. itē §. qd si ff. qd cuiusq. vniuers. nom. l. aliam ff. de ijs quibus vt indign. l. pen. in fi. eod. §. sed hoc pręsēte C. de sanctiss. Episc. l. si stipulatus es in fin. ff. de fideiub. l. 2. §. illud ff. de hered. vel act. vend. l. sequitur §. tunc ff. de vsucap. l. nam, & si §. hæredę ff. de inoffi. testam. l. quod si §.
11 restitutio ff. de minor. 25. annor. qbus iuribus probatr. ꝙ non dicitur factum si id quod factū est non durat ꝙ clarius dicitur in l. idē §. ꝙ si actor ff. ꝙ cuiusq. vniuers nom. l. 3. §. si quis ita ff. de hæred. inst. vbi Imol. Soc. in cons. 91. n. 2. lib. 1. Surd. cōs. 145. n. 11. Tiraq. in l. si inq in verb. susceperit liberos n. 201. Paris. de Put. de reintegr feud. c. 156. n. 2. nec præceptum dr̄ id quod præceptum non durat arg. l. si pro parte §. versum ff. de in rem vers. Mādell. Alb. cōs. 318. n. 15. de qua subāpliatione dicā latius infra.

12 Subampliatur tertio, vt dicta ampliatio pcedit ēt si tpe qua quis efficit clericus sibi protestaret ꝙ non intēdit feudo renūciare, Affl. in c. 1. §. 1. n. 10. de benefic. fem. Cesal. cons. 1. nu. 9. &
13 10. lib. 1. & rō est quia talis protestatio esset cōtraria facto quę non prodesset ptestanti, Paul. de Cast. cons. 45. n. 2. lib. 1. Dec. in c. solicitudinem n. 11. cum seq. de appell. Affl. dec. 78. n. 5. & 6. Paris. cons. 9. n. 48. lib. 1. Surd. cons. 135. n. 43. Io. de Amic. cons. 1. n. 16. Rol. cons. 69. nu. 46. lib. 4. Cesal. cons. 253. n. 28. Rim. iun cons. 244. n. 251 lib. 3. Hond. cons. 89. n. 35. lib. 1. Mascard. concl. 251. nu. 7. Viu. dec. 251. nu. 1 lib. 2. Intrig. de feud. cent. 2. art. 70. n. 30. Scrad. de feud. p. 9. c. 1. num. 21.

Limi-

14 Limitatur modo dicta ampliatio vt procedat solum in casibus in quibus non posset clericus succedere in feudo secus in casibus in quibus posset in illo succedere, vt quia esset feudũ Francũ vel pro eo deberet̃ seruitiũ reale vel esset feudũ ecclesiasticũ vel simile, ita limitat hanc ampliationem Mantica *in tract. de cogn. vltim. volunt. lib. 11. tit. 9. n. 31. vbi allegat Ruyn. cõs. 42.*
15 *n. 9. lib. 1.* & sic oẽs limitationes positæ in præsenti quarto effectu limitant hanc ampliationem, & rõ est quia melioris, & fauorabilioris cõditionis debet esse is, q tractat de danno euitando q̃ qui de lucro captando, *l. in re obscura, & in l. i eo quod qs ff. de reg. iur. Spec. i tit. de confes.*
16 *§. 3. vers. vltimo quæritur, & in tit. de probat. §. 3. vers. sed pone Mand. Alb. cons. 417. nu. 15. & cons. 740. n. 21. Mago. dec. flor. 137. nu. 4. & Ouidius ait (Turpius eijcitur qui non admittitur hospes) prout hoc habetur in c. quemadmodũ de iureiur. quẽ refert Vran. cons. 9. n. 2. lib. 1. Surd. in tract. de alimen. tit. 7. q. 17. n. 41. Io. Batt. à Costa in tract. de rata parte q. 61. n. 7. Paris. de resig. lib. 4. q. 11. nu. 3.*

17 Ampliatur secundo vt hoc idẽ procedat in monachis cæterisq; religiosis qui multo magis feudorum successione arcent̃ quia cõtra eos militant plures rõnes q̃ cõtra clericos seculares, *Iacobin. à S. Giorg. in inuestitur. feud. in ver. & quibuscunq; n. 4. Crauet. cons. 303. n. 8. & 9. Clar. in §. feudũ q. 78. vers. de clerico, qui asserit hãc esse mag. com. opi. Dec. in c. in præsentia nu 74. de proba. Ruy. cons. 142. n. 2. vol. 1. quos oẽs refert, & sequitur Intrig. d. art. 1. n. 123. & vltra per eum allegati, idẽ dixerunt Corrad. in templ. iud. lib. 1. c. 2. de rege q. 1. n. 21. Tho. de Marinis in trac. de feud. tit. 2. de feud. ex pacto, & prouiden. n. 141. car. mihi 229. Menoch. in tra. de arb. iud. car. mihi 231. & in add. ibi n. 8. & seq. & n. 25. & seq. & cõs. 181. n. 76. li. 2. q alios allegat.*

Ampliatur 3. vt prædictus quartus effectus
18 siue mauis proxima præcedẽs ampliatio procedat non solum in monacho, verum ẽt in illo qui vouerit religionẽ ingredi, *c. 1. §. qui clericus ibi aut votum religionis assumit, si de feud. defunc. content. fuer. Iser. in d. c. 1. §. qui clericus nu. 2. & 3. si de feud. defunc. cõtent. sit & ibi ẽt Aluarott. col. 3. vers. quæro ab extra quid si iste Idẽ Iser. in c. 1. §. fi. n. 4. in fi. de benefi. fem. Bambacar. in d. §. qui clericus in 1. q. n. 14. Vulte. in trac. de feud. c. 1. §. 9. n. 67. vers. verum quod car. mihi 463. Osas. dec. 77. n. 4. vbi multos alios allegat Io. Scend. in epit. feud. p. 3. n. 105. Iacobin. de Fran. in repet. tit. de ijs q feud. dare poss. §. & quia vidimus n. 55. car. mihi 17. post dec. Vinc. de Franch. Rol. à Vall. cons. 23. n. 19. lib. 1. Intrig. in d. tract. de feud. cent. 1. q. 30. n. 1. & cent. 2. art. 1. n. 145. Carol. Tapp. in repet. Auth. ingressi*
19 *in verb. sua c. 14. n. 15.* vbi dicit qđ ex quo vouẽs est obligatus ad ingrediendũ religionem, *l. 2. §. voto ff. de polli.* & non ingrediendo peccaret, *vt in psalmo (vouete, & reddite) & alibi vota mea*
20 *domino reddam.* Ideo dñs feudi posset dicere nolo hũc vassallum in mortali peccato existentẽ & maximè in prælio q tandem cõcludit (prout est veritas, quod prædicta ampliatio procedit in voto solẽni, & sic in professione q̃ emittit̃ in manu superioris post annum probationis, *quod ẽt dixit Affl. in c. 1. §. q clericus, si de feud. defunct. nu.*
21 *12.* q considerat qđ licet qs teneat̃ religioni ex voto emisso, nec posset matrimoniũ cõtrahere illud tñ de facto contrahendo tenet licet peccauerit, *ut in c. statuimus de regular. & in c. 2. eod.*
22 *tit. in 6.* qb. ego addo aliam rõnem. s. quod sicut ex voto nõ solẽni nullũ ius acquirit̃ monasterio, nec in bonis vouentis succedit, prout nec in bonis nouitij, q si morit̃ infra annũ probationis eius bona non applicant̃ monasterio, *Gabr. in suis concl. in tit. de præsump. cõcl. 12. n. 13. Abb. in c. in præsentia n. 68. vers. nẽ est dubiũ de probat. Ias. in Auth. si qua mulier col. fi. C. de sacros. eccl. Capr. cons. 165. col. 1. in fi. ver. unde si interim Bambacar. in c. 1. §. qui clericus n. 65. si de feud. defunct. cõtent. fuer. Intrigl. in tract. de feud. cent. 2. art. 1. nu. 143. Tap. in repe. Auth. ingressi Io. Bat. à Cost. in tract. de*
23 *retract. c. 9. cas. 3. n. 8. & seq.* sic ẽt nec ex tali voto dẽt aliqđ ius acquiri agnatis vel dño feudi, nec obstat rõ de peccato ab aliquib. considerata quia si esset vera (*prout dicit hoc idem Tap. in d. Auth. ingressi in verb. sua c. 14. n. 15.*) oẽs feudatarij statim priuarent̃ suis feudis cũ septies in die cadat iustus *vt dicit glo. instit. de iust. & iur. in rubr. & Afflict. loco cit.*

24 Ampliatur 4. in nouitio qui ẽt excluditur à successione feudi, & si in feudum hẽt illud statim ammictit p ingressum religionis nec ab ea exeundo illud recuperat *Capic. dec. 115. nu. 12.* vbi tñ dicit quod hoc est nimis durũ *Iacob. de Bellou. in c. 1. §. qui clericus, si de feud. defunct. Purpur. cons. 577. n. 4. lib. 2. Bambac. in d. §. qui clericus nu. 52. vbi dicit quod huius opinionis fuit originalis glos. in c. 1. de milit. vassal. qui arma de pos. quod ẽt expresse colligitur ex traditis ab eadẽ gl. in c. 1. in fi. de benefic. fem. Menoch. in tract. de arb. in add. ad cas. 231. nu. 24. & huius opin. adducit rõnem Tapp. in rep. Auth. ingressi in verb. sua c. 14. nu. 1.* scilicet quia
25 cum primum religionem ingreditur desinit seruire dño, sed du dixi si ex religione egredit non cõpleto anno nouitiatus, nec facta professione feudũ non recuperat, in oppositũ stat veritas, (*Capic. d. dec. 115. n. 13. & 14. Tapp. in pcit. nu. 16. vers. sed contrariũ vbi allegat Præposit. in d. § q clericus n. 2. & ibi ẽt Affl. nu. 11. Tom. de Marin. in tract. de feud. lib. 1. tit. 2. de feud. ex pacto, & prouiden. nu. 139. qđ ẽt dixerunt Ardizo. in tract. de feud. c. 97. col. 1. & 2. Bambacar. loc. cit. nu. 53. 60.*
26 *& seq* vbi dicit qd hæc opinio est equior, & in puncto iuris verior, & pro ea adducit non nulla fundamenta, & licet Ardizo. & Bambacar. distinguãt aut res est integra aut non. s. aut agna

ti

-ti vel dñs consequuti fuerunt possessionẽ feudi aut nō, si illā consecuti non fuerunt exeundo à religione feudū recuperat si vero ipsā possessionẽ consecuti fuerũt ad hucamplius feudū non recuperabit nihilominus talis distinctio est cōtra tex. expressu *in auth. ingressi C. de sacros. eccl. & in auth. de monachis, in princ.* dum p dicta iura disponit q̄ nouitij exeuntes infra annum pbationis recuperāt oīa bona nō distinguẽdo feudalis, vel allodialia quo fit, vt dum non habemus cōstitōnẽ expressā in contrariū de iure feudorū non est recedendū à dispositione iuris cōis, & in materia feudorū, *c. 1. de feud. cogn.*

27 *l. si pro parte §. versū ff. de in rẽ verso*, & vlterius adest rō quia cū iste talis nouitius iure permittente religionẽ deserat *S. Raimund. in sum. lib. 1. in tit. de transgr. voti §. 10. & ibi Io. de Frig. Burg.*

28 *in add. car. mihi 69. & 70. Siluest. in sum. in uerb. religio. nu. 8.* pēnā non meret *argum. l. Graccus ff. ad l. Iul. de adult. Marches. in trac. de commiss. p. 2. c. 8. n. 60. car. mihi 560. Ale. reg. 3. præsump. 23. Guid. Pap. dec. 388. n. 9. Rim. conf. 181. nu. 22. Fab. Turr. conf. 60. n. 4. lib. 1. & conf. 53. n. 13. lib. 3. Bābac. d. c. 1. §. q clericus n. 61. & seq. si de feud. def. cont. fuer.*

29 *inter dominū.* vbi adducit ēt alias rōnes ex quib. demonstratur q̄ nunq̄ feudum perdit si infra annū nouitiatus discedit à religione, qb. addo q̄ is qui ingredit religionem vř ingressus ea in tentione, vt si infra annū sibi religio non placuerit liberè infra annum ab ea egredi possit, *arg. l. si cui ff. de seruit. & l. q̄q̄ de ritu nuptiar. Tap. pcit. n. 16. eo. vers. sed contrariū*, & ppea annus no

30 uitiatus magis pprie vocat annus pbationis, & sic durante dicto anno vř oino seculo renunciasse, nec dř mortuus Mundo vt cęteri pfessi, ideo durante tali anno beneficiū ecclesiasticū retinere pōt, *c. beneficiū vbi oēs hoc notant de reg. iur. in 6. & pcipuè Gem. nu. 1.* vbi dicit q̄ ingressus religionis cā pbationis nō inducit vacationẽ benenciij, & n. 3. dicit q̄ nouitius infra annum pbationis non est priuatus velle, & nolle *Fla. Parif. de resign. benef. lib. 3. q. 13. n. 3.* & ideo pen-

31 dente anno pbationis hẽt factionẽ testamẽti, *vt voluit Hostien. in sum. tit. de testa. §. qs pōt vers. idē puto, idē Host. Io. Andr. Abb. Imol. Anani. & Conar. in c. 2. de testam. Archid. & Franc. in c. 2. de reg. iur. in 6. Bald in l. generalis, in princ. C. de sacros. eccl. DD. in auth. ingressi, & in auth. si qua mulier C. eo. tit. Maluas. cōs. 105. n. 15. Tappia in repet. eiusdē*

32 *auth. ingressi in c. 1. n. 48. & 49.* qui dicit ēt q̄ pōt capere ex testō etiā q̄ sint ordinis minorū obseruantiū, iō concludo q̄ statim q̄ nouitius infra annū pbationis à religione egredit oīa recuperat pat si eēt postliminio reuersus, & in pristinum statum oino est remittendus, *ita ēt determinat Bābac. in d. n. 53. in fi. qui allegat Fel. in c. inter dilectos nu. 3. de fid. instr. Ias. conf. 117. n. 12. post medium lib. 4. Sonsbech. in tract. de feud. p. 12. nu. 139. Guerrin. Pison. in præud. feud. car. 175.*

33 Ampliatur 5. in conuersis alicuius religionis *Ferra. in trac. de feud. lib. 2. c. 2. ver. p inde qđ in fi. car. mihi 89. Conrad. in tēpl. iud. lib. 2. c. 2. de regi. q. 1. n. 21. Intrigl. in tract. de feud. cent. 2. art. 1. n. 122 Bābac. in d. c. 1. §. qui clericus q. 2. nu. 32. si de feud. defunct. content. Menocch. in tract. de arbit. cas. 231 nu. 2. & conf. 181. nu. 76. Tapp. in repet. Auth. ingressi in verb. sua c. 14. nu. 17. C. de sacros. eccl.*

34 Ampliatur 6. si filijs clerici, vel monachi susceptis ante clericatū nāq; neq; ipsi poterunt in feudo succedere *Iacob. Ardizon. in rubr. de succeff. feud. tit. an clericus succedat Balzer. in c. 1. §. ex*

35 *hoc n. 13. de feud. fem.* sic ēt dicimus in filio feminæ qa ex quo eius mater est exclusa ipse tanq̄ natus ex radice imperfecta non poterit in feudo succedere *Intrigl. cēt. 1. q. 9. n. 235. cū plur. seq. & Scrader. de feud. p. 7. c. 4. nu. 4. 83. & 84. Paris. conf. 72. n. 80. lib. 4. Zaz. in tract. de feud. p. 8. n. 59 Thom. de Marin. de gener. & qual feud. rub. de feud.*

36 *fem. nu. 15.* Et rō est quia exclusa per legem expressā à successione feudi oēs descendentes ex ea dñr exclusi argum. *l. si viua mat. e C. de bon. mater. Ias. in l. 1. C. de succeff. edict. Scrad. de feud. p. 7. c. 4. n. 4. Intrig. de feud. cent. 2. art. 76. n. 7. & 12.*

37 ad q̄ bene vř facere q̄ in simili habemus de statuto disponente q̄ masculi excludant feminas non comprehendit masculos ex femina, *Bart. in l. liberorū ff. de uerb. sign. & in l. 2. §. si. ff. ad Tertull. gl. in c. 1. §. hoc autē q feud. dare poss. Neapol. in consuet. Neapol. in tit. de succeff. ver. & oīa nu. 115. add. ibi Bal. in l. venia in prin. C. de in ius vocan. vbi ēt Sal. & alij Cott. in memor. in ver. statutū q̄ frater Brun. in 3. q. princ. q. 1. art. 6. n. 159. & q. 21. n. 87. & 95. f. 153. Carpan. c. 278. n. 144. lib. 1. Stefan. de Feder. de interpret. iuris p. 1. n. 30. in 1. to. tract. diuers. Mising. conf. 97 n. 6. Rom. conf. 40. Bal. in l. q̄ vero ff. de legib. Andr. de Iser. de feud. c. 1. de natur. succes. feud. cōem refert Vegg. conf. 63. n. 65. & 71. Alex. in l. illā n. 7. C. de collat. Ruy. conf. 39. n. 11. & conf. 120. n. 2. lib. 1. Soc. conf. 89. n. 5. in fi. lib. 4. Dec. conf. 399. col. fi. verf. & qa testatur, & conf. 484. nu. 1. & 2. Tiraq. de primog. q. 12. nu. 10. Soc. conf. 63. n. 17. lib. 3. Intrig. de feud. cent. 2. art. 51. n. 7. a Sole in propos. iur. in verb. statutū excludens filios Cęsal.*

38 *conf. 470. nu. 23.* & licet prædicta conclusio in masculis ex feminis sit verissima nihilominus ampliatio quo ad filios clericorum est omnino falsa quia filius clerici qui est natus ante clericatum ex legitimo matrimonio succedit in feudo, licet eius pater sit exclusus *Aluar. in cap. 1. §. qui clericus col. 3. ver. quæro an filius legitimus, si de feud. controu. fuer. vbi etiam Bambacar. nu. 216. vbi dicit quòd hac opinio est vera, & communis Tho. de Marin. in tract. de feud. tit. 6. n. 30. Bar. in l. eū qui n. 2. ff. de interd. & releg. Io. Raina in c. Imperialē §. pęna nu. 23. de probib alienat. per Feder. Curt. iun. in tract. de feud. p. 5. nu. 13. Intrigl. in tract. de*

39 *feud. centur. 2. artic. 1. nu. 155.* & idem est si pater esset natus demens, vel aliter imperfectus

ita vt pp defectũ perpetuo à feudo arceatur nihilominus eius filius sẽper admittitur ad ipsum feudũ *Aluarott. post Bal. in c. 1. col. fin. vers. quero qd si mutus in tit. An mut. vel aliter imperfect. Pet. de Greg. in tract. de concess. feud. p. 4. q 8. vers. istum tamen limitationẽ Soc. cons. 47. n. 12. vol. 3. Cum. in c. si aliquẽ in verbo masculus nu. 39. quos oẽs allegat Intrigl. in tract. de feud. cẽt. 2. art. 39. n. 17.* & idem

40 oino est dicendũ si pater feudo priuaret ob delictum qa tale delictum nullum inducit pĩudicium filio circa feudũ aui, *Io. Tho. de Marin. in tract. de gener. & qualit. feud. tit. 6. n. 30. f. 94. Bar. in l. eũ q n. 2. ff. de interdic. & relega. Io. Rain. in c. 1. §. pena nu. 3. de prohib. aliena. p Feder. Curt. iun. in tract. de feud. p. 5. sub n. 13. prout hos oẽs allegat Intrig. d. cẽt. 2. art. 1. n. 156.* qđ secus est si filius clerici fuisset natus ex matrimonio putatiuo qa

41 tunc licet alias dicaẽ legitimus, & sit successibilis, *Peregr. art. 24. per tot. Bãbac. in c. 1. §. q clericus*

42 *n. 96. si de feud. defunct. &c.* nihilominus non admittit ad successionẽ feudi, *ita Mantica in tract.*

43 *de cogn. vlt. vol. lib. 11. tit. 9. nu. 31.* & dicit q̃ secus est in filijs natis ex matrimonio putatiuo inter laicos qa tunc ipsi poterunt succedere ẽt in feudis *ad quod multos concordantes adduxerunt Intrigl. de feud. cent. 2. art. 1. n. 503. Bambac. in repet. cap. 1. §. qui clericus nu. 96. si de feud. defunct. conten. sit inter dominum, & agnat.*

44 Ampliatur 7. in ecclesia, quæ ẽt prohibetur feudũ acquirere, *c. 1. de alien. feud. Fely. & Dec. in c. in pñsentia nu. 79. de probat. Cannet. in rep. strauag. volentes in §. seu sect. restringitur ẽt n. 5. & 15. car. mihi 181. Curt. iun. in tract. de feud. par. 1. in 8. q. princ. nu. 29. car. mihi 76. Maccabr. cons. 23. nu. 5. Marf. in tract. de bann. in ve. b. ecclesia nu. 82.*

45 Subampliatur ista ampliatio, vt nec ẽt pro aĩa pôit dari vel legari feudum ecclesiæ, *Rimi. inn. cõs. 527. n. 45. lib. 5. Tapp. super d. aut. car. 486. n. 18. c. 1. §. inde pôt de alien. feud. & in c. 1. §. donari qualiter oli feud. poter. alien. c. inuest. feud. in ver. feudatarij habiles uers. ecclesia non pôt Imol. in c. quæ in ecclesiarũ mater nu. 14. de const. & ibi Aneh. n. 7. & idẽ Imol. n. 13. in c. fin. de reb. eccl. non alienand. Rim. iun. cons. 527. nu. 45. Tap. in d. auth. ingressi in verb. sua c. 14. n. 18. C. de sacrosan. eccles.*

46 Limitatur tñ ista ampliatio vbi ecclesia teneret feudum de voluntate dñi, & manu mortua (vt appellant Galli) qa tunc ex permissu, & voluntate dicti dñi ad illa admitterentur, *ita Cassan. super consuet. Burgun. rub. 3. §. 5. in verb. excepta les religiux n. 19. car. mihi 455. Vran. cons. 9. n. 33. & 34. lib. 1.* vbi recenset varias ecclesias, & prælatos Germaniæ possidentes feuda ẽt magna, & iurisdictionis, & dignitatis. *Bãbac. in d. §. q clericus nu. 50. & 51. si de fend. defunct.* prout

47 ẽt in isto Regno in quo non nulli Prælati hẽnt feuda cum iurisdõne ciuili, & criminali prout est Archiepiscopus Montis Regalis, q est dominus ipsius Ciuitatis Montis Regalis, & Archiepiscopus Messanensis qui est dñus Terræ Raxalbuti, & Hospitale nouum, & magnum huius vrbis quod est dñs Terrę Brontis, & Abbas Parci, qui est dñs ipsius Terræ Parci, & Terræ Salæ Partinici, & aliorum Casalium, & non nulli alij Prælati, & ecclesiæ hẽnt alia feuda nobilia quæ breuitati studens ommittam.

48 Ampliatur 8. vt prædictus 4. effect. q̃ clerici non possint succedere in feudo, hẽat locum ẽt in feudo paterno, namq; nec ẽt talis feudi cleticus erit capax, *Ferrar. in tract. de feud. lib. 2. tit. 2. vers. proinde quod magis, car. mihi 89.*

49 Ampliatur 9. in moniali, q nec ẽt ipsa in feudo succedere poterit, *Affl. dec. 320. n. 11.* vbi dicit q̃ nec monasteriũ isto cau succedere poterit ex persona ipsius monialis, *Bãbac. in c. 1. §. q clericus, n. 146. si de feud. defun. content. fuer.* q dicit q̃ licet Io. Th. Minad. variis argumẽtis, & rõnib' conatus fuerit contrariã opinionẽ defendere nihilominus non potuit obtinere pu testatur ipsemet Minad. *i repet. cõst. fancimus, in uerb. in aliquib. in 3. not. a n. 56. ad n. 84.* & vltra ipse Bambac. ad hoc allegat Cuma. consf. 167 & dicit q̃ cõtrarium, & male cõsuluit Scrutt. *Cassan. super consuet. Burg. rub. 3. §. 5. verb. exceptę les religiux, n. 15. car. mihi 453.* & licet in isto ar-

50 ticulo cõtrarium tenuerint *Sonsbecb. in trac. de feud. p. 12. n. 149. Harman. Pistor. in q. fend. p. 3. c. 2. q. 33. n. 28. vbi dicit q̃ ab ista opinione non est recedendũ, Osasc. dec. 27. n. 11. Fel. in c. in præsentia, n. 47. in fi. de prob. Arosent. in tract. de fend. c. 7. concl. 77. in fi. Intrig. in trac. de feud. cẽt. 1. q. 54. n. 58 Duenna reg. 103. lim. 4. Forest. in tract. de succesf. c. 23. n. 37. Sylnan. cons. 3. n. 58. Bologn. cons. 5. n. 29 Curt. inn. in tract. de feud. in 3. p. 2. p. princ. nu. 26. car. mihi 285. Vnlte. in eo. tract. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. vers. septimus est in femina car. mihi 472. Intrigl. in tract. de feud. cent. 2. art. 1. n. 183. & 184.* vbi dicit, q̃ ex quo femina fuit habilitata ad

51 successionẽ feudi consequenter vř habilitata, vt possit seruire per substitutum ita ẽt esset dicendum in monasterio qđ alias erat incapax, *allegat Spec. in tit. de feud. §. quãdo vers. 21. arg. l. vnica, §. sin aũt ad deficientis, C. de cadnc. tolle. Isser. in c. 1. in fi. de vassal. mil. qui arma belli deposuit, & in c. 1. §. si in fi. de benef. fem. Alex. cons. 10. nu. 7. & 8. vol. 5. Fel. in c. in præsentia n. 47. fall. 3. de proba. Cum. in c. si aliquẽ in verb. mortis n. 12. Sonsbec. in tract. de feud. p. 9. n. 115. vers. fallit 1. Pancir.*

52 *cons. 83. n. 1.* Ego vero non recederẽ ab ipsa ampliatione, & priore opinione, quæ licet non sit magis cõis (attento numero doctorum, qui eã amplexi fuerunt) est tamen magis vera, &

53 magis tuta (attentis rõnibus super quibus est fundata) & ea præcipuè qa duo specialia circa idem contra vnũ ex iuris cõis regula concurrere simul nõ possunt, *glo. in l. 1. in gl. fi. in fi. C.* de

de dot. promissi. & in l. cum post §. genero in verb. placuit ff. de iur. dot. Franc. de Aret. in l. si rō in vlt. col. ff. de acq. poss. Ias. in §. fuerat nu. 52. inst. de act. 54 *& ibi Addent. in lit. O*, at in casu nostro vna est regula qd femina in feudo non succedit, *vt habetur in c. 1. §. & quia vidimus, & ibi DD. de ijs, q feud. dare poss. Scrader. p. 7. c. 4. n. 1. Cesal. cons. 641. n. 14. lib. 5. & cons. 151. n. 16. lib. 2. Masul. in add. ad Cap. dec. 10. n. 6. Paris. cons. 20. n. 18. lib. 1. Abb. in c. dilecti, & ibi Bero. nu. 39. de arb. Bal. in l. fin. C. de suis, & leg. hæred. a Val. cōs. 28. n. 28. lib. 1. Sylu. cons. 1. n. 117. Duen. reg. 309. Rim. cons. 167. n. 6. Rim. iun. cons. 780. n. 23. lib. 7. Menoc. cons. 204. n. 13. lib. 3. Gabr. cons. 79. n. 23. lib. 2. Intrigl. de feud. cēt. 2. art. 2. n. 1. & seq.* Alia est regula q religiosi non succedunt in feudo, *ut dixi in principio huius* 55 *effect.* ideo esset inconueniens qd concesso vno speciali contra regulā iuris consequenter concederet aliud speciale contra aliā regulā iuris com. & eo maxime qa per extensionē non dēt indici correctio iuris, *gl. in c. cupientes §. qd si per 20. de elec. in 6. Affl. dec. 320. n. 11. 12. & 13. Intrigl. d. cent. 2. art. 1. n. 216.* p qua opinione facit 56 optima rō quia qñ plura obstant, vno impedimento sublato, cætera remanent, *l. cū passiuā §. pscriptionē ff. de adult. Crot. cons. 61. n. 3. lib. 1. Surd. cons. 245. n. 2.* Ideo videmus q dispensatio con 57 cessa aduersus vnū impedimentum, & defectū non porrigit suū effectū quo ad aliū, *l. si quando C. de in offi. testa. & ibi gl. Bal. Sal. & alij Io. Andr. in c. fi. de fil. pbyter. in 6. Bar. in l. cū pter n. 1. de leg. pstand. Dec. cons. 610. n. 15. Natt. cōs. 600. n. 32. & 33. lib. 4. Bambac. in d. §. q clericus n. 89. Ioseph Gōzal. variar. qq. c. 14. n. 11. Io. Batt. a Cost. de retrotract. c. 9. cas. 10. n. 2. Simon de Prat. cons. 51. nu. 6. Surd. d. cons. 245. n. 4. Ant. de Ball. in suo tract. lib. 5. q. 26. n. 6.* sic ēt dispensatus ad vnū effectū nō 58 censet dispensatus ad aliū, *Bar. in d. l. cū pp Rim. sen. cons. 91. n. 4. Sim. de Prat. cons. 100. n. 29. Rim. iun. cons. 341. n. 36. Bero. cons. 163. n. 30 & 41. lib.* 59 *2.* vbi ex hoc infert q si aliquis illegitimus est dispēsatus ad ordines sacros non ppterea censet dispensatus ad succedendū, & q hęc est verior opinio, *Nauarr. latè cōs. 21. n. 1. & seq. in tit. de celebrat. missar. in 1. to. car. mihi 963.* vbi ex hoc 60 ēt infert q dispensatio facta super vno actu nō extendit ad aliū sic ēt dispensatus ad obtinendū canonicatum vel dignitatē in ecclesia Cathredali non censet esse dispensatus ad hoc vt pōit esse delegatus Papæ ante vigesimū annū, & dispensatus ad eūdem ordinē non censet dispensatus ad habenda vocē in capitulo, nec dispensatus ad presbyteratū, & dicendum Missā ante iustā ætatem censet dispensatus ad obtinendum beneficiū curatum, & q factus capax 61 alicuius actus per dispensationē non censetur factus capax alterius separati ab ipso, q oia deducit ex diuersis iuribus, *prout multa alia similia ponit Paul. Borga. de irregul. p. 2. in tit. de interpret. extens. & restr. dispens. per totū f. 31. & p. 4. in tit. de filijs pbyter. n. 9. f. 107.* cum ergo ista mulier, & monialis (vt ad nostrū propositū redeamus) 62 sit dispensata, vt nōn obstāte q sit mulier pōit habere feudum non censet dispensata, vt illud, pōit hēre non obstāte q sit mulier, & monialis, ad q facit etiam q licet vna dispensatio sit fauorabilis plures tñ sunt odiosæ, *Bald. in l. fin. nu. 4. ff. de const. vbi etiā Ias. nu. 32. ver. signanter Bec cons. 28. nu. 20. Surd. cons. 245. nu. 4. lib. 2.*

63 Limitat tñ pdicta ampliatio, vt non pcedat qñ feudū fuisset concessū p se, & suis hrībus & successoribus quibuscumq; vtriusq; sexus qa tunc monasteriū, & psona ipsius monialis admittit ad cōmoditatē fructuū durāte vita ipsi᷑ monialis, *Vrsill. in adnotat. ad Affl. dec. 320. n. 2.*

64 Ampliatur 10. vt dictus quartus effectus pcedat ēt si clericus q vult succedere esset paratus seruire per substitutum, qa nec tunc posset feudo succedere nisi dño volēte, *c. 1. & ibi Iser. in fi. de Vassal. mil. qui arm. bell. depos. c. 1. §. si quis pro triginta vers. qui clericus, si de feud. defun. c. 1. de feud. fem. Bar. in l. Iulianus §. si vectigal. nu. 3. circa mediū ff. de dam. infect. Sonsbech in tract. de feud. p. 12. n. 144 & 145. ubi ponit rōnes huius ampliationis Alma. Pistor. in q. feudal. lib. 2. p. vlt. q. 33. n. 3. ubi multos alios alleg. Innoc. Io. Andr. Host. & Butr. in c. in psentia de prob. Sal. in Auth. ingressi C. de sacros. eccl. Mart. Laud. in c. 1. §. & quia, de ijs q feud. dare possunt, Curt. iun. in tract. de feud. p. 3. quemadmodū descend. n. 19. car. mihi 278. Intrig. cēt. 2. art. 1. nu. 131. vbi dicit q pro ista conclusione facit tex. in c. 1. de benef. fem. ibi (clericū nullo modo in beneficio paterno succedere) iuncta doctr. Bar. in l. Gallus in princ. n. 4. ff. de liber. & posthu.* vbi dicit q ne- 65 gatiua præcedens verbū denotans potentiā de notat quandā impossibilitatē, & necessitatem præcisā ergo non poterit clericus p se nec per substitutū seruire, & qd non poterit seruire per substitutū *dixit Cum. in c. si aliquē in verb. masculus nu. 41. circa princ. Sonsbech in tract. de feud. p. 9. nu. 115. ver. & est rō Io. Tho. de Marin. in tract. de genere, & qual. feud. rub. 2. §. consilio nu. 144. vers. concludendū est igitur car. 84. Arosentall. in sinops. feud. c. 7. concl. 73. Rimi. iun. cons. 796. nu. 68. vol. 7. quos omnes allegat Intrigl. d. art. 1. nu. 132.*

66 Limitatur nunc ista ampliatio stante consuetudine seruiendi per substitutū qa tunc clericus q se offert seruire p substitutum non poterit excludi à successione feudi, *secundum Rim. iun. cons. 368. n. 52. lib. 4. vbi allegat Spec. in tit. de locat. & condu. §. nunc aliqua, vers. 116.* qd tñ puto q procedat qñ clerico esset concedenda emphyteusis ex dispositione inter viuos, & titulo oneroso, vt emptionis qa tunc non posset illā hēre non qa emphyteusis non sit transibilis ad clericū, sed qa hoc est expresse pactnitū inter

67 dũm directũ concedentẽ, & emphyteutã recipientẽ rem in emphyteusim secus si ad clericũ peruenisset iure successionis, qa tunc tanq̃ comprehensus in inuestitura ad illã admitteret qa emphyteusis sẽper solet cõcedi ꝑ se, & suis filijs hæredibus, & successoribus in perpetuũ, & ita in simili dicimus de feudo concesso pro se, & quibuscunq; hæredibus, nãq; in tali feudo clericus succedit *prout dicam inf. lim.* 13. *n.* 234.

68 Ampliatur 12. in militibus Hierosolymitanis, q nec ipsi poterunt in feudo succedere *Bal. sibi contrarius conf.* 170. *lib.* 2. vbi asserit hãc opinionẽ in puncto iuris, & de eius rigore esse veriorẽ *Alciat. conf.* 29. *n.* 6. *Crauett. conf.* 303. *nu.* 1. *lib.* 2. *& conf.* 908. *col.* 1. *Albert. Brun. cõs.* 17. *Rol. conf.* 23. *n.* 39. *lib.* 1. *Neuiz. q alios allegat conf.* 30. *n.* 1. *Purpu. conf.* 322. *n.* 5. *Io. Thom. de Marin. in tract. de feud. tit.* 2. *n.* 141. *Moedan. dec.* 10. *nu.* 3. *in tit. de cauf. poss. & propriet. Menoch. conf.* 54. *à nu.* 14. *vsq; ad fi. lib.* 1. *vbi n.* 29. *vers.* præterea dicit non esse constituendũ solidũ fundamentum in authoritatibus Doctorũ q contrariũ tenẽt, & n. 31. dicit q rõnes adductæ ꝑ contraria opinione sunt leues, & nu. seq. rñdet argumentis in contrariũ adductis, & itcrũ *conf.* 519. *n.* 8. *lib.* 6. *& in tract. de arb. cas.* 235. *nu.* 5. *vbi alios allegat* dicit q ipse huic opinioni adhæret reiecta contraria, *& i add. ad eũdẽ casũ n.* 29. *Cãn. i extrauag. volẽtes in sect. seu §. incipiẽte, sed an possit in militẽ Hierosolimitanũ car. mihi* 187. *Rim. iun. conf.* 527. *n.* 15. 16. *& per tot. lib.* 5. vbi varijs argumentis, & fundamẽtis cõprobat hãc opinionẽ, & rñdet argumẽtis, & rõnib. ꝑ contraria parte adductis, *& conf.* 796. *n.* 12. *lib.* 7. *Mastrill. in add. ad Pet. de Greg. de vit. & mili. q.* 4. *lit. E. Osasc. dec.* 27. *n.* 17. *vbi multos alios allegat, & cõs.* 24. *n.* 10. *Cassa. sup consuet. Burgun. rub.* 3. *§.* 5. *vers. excepta les religiux nu.* 18 *vers.* 9. *lim. & ibi addentes cart. mihi* 454. *Ann. sing.* 207. *vbi Fabb. in add. Iul. Cæs. Imb. in tract. de iudice Regni in præfat. n.* 43. *Franc. Sonsbech. in tract. de feud. p.* 12. *n.* 137. *Arman. Pistor. in qq. feudalib. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 33. *n.* 22. *Vinc. de Frãc. dec.* 28. *Pison. in trac. de feud. c.* 33. *p tot. Io. Tho. de Marin. in trac. de feud. tit.* 2. *de feud. ex pacto, & pro mdẽtia n.* 141. *Masull. in add. ad Capic. dec.* 10. *n.* 5. *Bãbac. in rep. c.* 1. *§. q clericus n.* 22. *&* 23. *si de feudo defunct.*

69 Et licet tot DD. tenuerint, & amplexi fuerint hãc opinionẽ nihilominus cõtraria opinio est magis vera, & mag. com. *q̃ secutis fuerunt Iacob. Berret. conf.* 106. *n.* 5. *vol.* 1. *Bal. in c.* 1. *n.* 4. *de mil. vassal. q arm. depos. & ibi ẽt Aluarot. nu.* 9. *Martin. Laudens. & Affl. n.* 16. *idẽ Affl. in c.* 1. *§. q clericus n.* 22. *vers. sed iuxta hoc qro, si de feudo defunc. contẽptio sit Curt. iun. in trac. de feud. in* 2. *p.* 3. *princ. q.* 10. *n.* 29. *vers. septimo vr̃ limitanda Iacobi. in inuestitura feudal. in vers. dicti qua Vassalli nu.* 41. *caus.* 14. *Neuiz. conf.* 30. *nu.* 1. *Curt. sen. conf.* 62. *n.* 63. *Rub. conf.* 80. *n.* 1. *Pet. Calcfat. in tract. de equestri dign. n.* 33. *Henr. à Rosental. in trac. de feud. c.* 7. *cõcl.* 77. *Pet. de Rauen. in c.* 1. *de mil. vassall. q arm. bell. depos. Liparul. in add. ad Asern. in c.* 1. *§. q clericus uers. q clericus, et uers. hospitalarij si de feud. defunc. contẽptio sit Card. Alex. in c.* 1. *in fi. de mil. Vassal. q arm bell. depos. Natt. conf.* 507. *n.* 9. *uol.* 3. *Sõsbech. in tract. de feud. p.* 12. *n.* 115. *Scrad. in tract. de feud. p.* 7. *c.* 5. *n.* 30. *Forest. in tract. de success. ab intest. c.* 23. *n.* 39. *Neuiz. conf.* 30. *n.* 1. *&* 4. *vbi dicit q hæc opinio seruatur de consuetudine in principijs Pedamõtij, & Montisferrati, & Osasc. multos alleg. licet ipse contrariũ teneat in d. allegata dec.* 27. *n.* 17. *Curt. iun. in tract. de feud. p.* 3. 2. *p. princ. n.* 29. *car. mihi* 286. *Barbat. in trac. de præstan. Cardinaliũ p.* 1. *q.* 5. *n.* 7. *in* 13. *to. trac. diuer. p.* 2. *car. mihi* 77. *Duen. reg.* 103. *lim.* 6. *Tap. in rep. Auth. ingressi in ver. sua c.* 14. *n.* 19. *&* 20. *C. de sacros. eccl.* vbi dicit q non dubitat descendere in hãc sñiam, qa in militibus prędictis cessant oẽs cõsiderationes q̃ militãt contra religiosos, & huius opinionis sunt dameta adducunt Rim. iun. *conf.* 27. *n.* 3. *cũ plurib. seqq. & Menoc. conf.* 54. *nu.* 1. *lib.* 1. licet ipsi contrariũ teneãt in casu eorũ *Intrigl. in tract. de feud. cẽt.* 2. *art.* 1. *n.* 204. *& seq.* vbi dicit q cõtraria opinio saltim põit ꝑcedere de rigore iuris.

70 Et licet sit dubium an in particulari possint in feudis succedere nihilominus in cõi nõ est dubiũ q in illis succedãt qa hæc religio est capax bonorũ in cõi, *Ann. sing.* 207. *Bambac. in c.* 1. *§. si clericus n.* 49. *& seq.* vbi enumerat multa feuda quæ ipsa religio possidet in Regno Neapol.

71 Quo verò ad milites cæterarũ religionũ, vt sunt Sancti Iacobi; Calatrauæ, & Alcãtaræ nõ est dubiũ q ipsi in feudis succedunt *ita Molina in tract. de Hispanorũ primoge. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 94. *Intrig. ꝑcit. art.* 1. *n.* 211. *&* 212. *Bãbac. in loco proxime cit. n.* 20. *&* 21. & rõnes adducũt qa isti tales po-

72 tius censet laici q̃ religiosi, & hoc iure vtimur in Regno in quo tales milites succedũt in feudis, & illa retinẽt, & ita fuit obseruatũ alias in personã D. Franc. de Cãpo, q successit in Baronia Cãpi Frãchi non obñte q esset miles Sãcti Iacobi, & in personam D. Ioannis Agliata Baronis Solanti, qui retinuit feudum, & recepit habitum Calatrauæ, & in personam D. Herculis Branciforti Ducis Sancti Ioannis.

73 Quæ verò ad maioratus, & primogenituras & fideicommissa nulla cadit difficultas qd oẽs milites, tãm Hierosolimitani, q̃ cæterarũ religionũ in eis succedãt ex quo ipsi sunt de sãguine, & de agnatione, & nullũ debẽt seruitium *Natt. conf.* 507. *per tot. & conf seq. ẽt per tot. lib.* 3. *Rubb. conf.* 80. *Berret. conf.* 96. *Osasc. dec.* 27. *n.* 18. *Molin. in tract. de primog. Hisp. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 92. *& seq. Cæsar. de Grass. dec.* 47. *n.* 12. *& seq. in tit. de probat. Io. Bat. à Costa in tract. de rata partis q.* 4. *nu.* 6.

74 Ampliatur 13. prædictus quartus effect. clericatus in maioratu à quo ẽt clerici excludũtur

Balzer.

Balzer.in c.1.§. qui clericus n.8.in fi.si de feud. defunct. Menoch.in tract. de arb.in add.ad casum 231. n.11.Palat. Rubb.in rep.c.per vestras §.69.& 16. n.4.& 14.Hieron.de Cenall.in Spec.pract.q.comm. contra com.q.492. Sed contrariũ tenuerunt Michael Palaez, in tract. de maioratu p.2.q.3.nu.35. in 10.to.tract.diuers.p.1.car.mihi 419.vbi test.de com.opi.& allegat. Gomez sup ll.Tauri leg.40.n.66 Greg.Lopez l.2.in gl.in verb. siendo hombre Abb. in c.eccl.S.Mariæ de cõst.Tiraq. in tract. de primog. q.44.n.6.& vltra eos idẽ dixerunt Abb. in c. inter dilectos n.2.& 5.de fide instrum.& ibidẽ Fel.nu.3. Io.le Chir. in tract.de primog.lib.1.q.24.n.16.cum seq.Mart. Laudens. in trac.de primoge. q.30. Ludo. Mol.in trac.de Hisp.primog.lib.1.c.13.n.96.& 97. vbi dicit ꝙ illa opin.sibi vĩ vera, & probabilis, & qđ procedit ẽt si ipsi maioratui esset annexa dignitas, & huius opinionis ea est rõ qa in maioratu non militant rões exclusionis, quæ militant in feudo, & pręcipuè quia pro maioratu nullum pręstat̃ seruitiũ alicui dño prout est in feudo franco in quo clericus succedit vt dicam infra lim.14.n.246. Alia põt esse rõ qa maioratus, & primo genitura solent constitui vt conseruet̃ dignitas familiæ Bolognet.cons.vlt.n. 89.Hottoman.cons.72.n.2.& 4. Et nihilominus non est dubiũ ꝙ dignitas familiæ conseruat̃ p clericos ꝑ o vt per laicos, Lap.alleg.100.Soc.sen. cõs.128.n.6.lib.4.Io.le Chir.in loco supra alleg. sic ẽt habemus in statuto excludente feminas pp masculos quod dr̃ inductũ causa conseruandæ agnationis, & dignitatis familiæ Bald. de statutis in verb.masculus Hond.cons.57. n. 16.lib.1. Tiraq.de nobil.c.37.n.123.Carpan.super stat. Mediol.c.278.n.14.lib.1.Ioseph de Rustic.in tract.an liber.posit.in cõd.cens. 20c.lib.2.c.2.n.7. Pedroch. cons.10.n.2.& seq.lib 1 Philip.Masil.in rep.l.2.C. de impuber.& alijs subst. qui oẽs propè infinitos concordantes adducunt. Et tñ stante tali statuto masculus clericus excludit feminam, vt dixi sup.effect.2.q.6.num. 277.

Limitatur modo pdictus quartus eff.ꝙ clerici non pñt succedere in feudis ita superius ampliatus vt nõ procedat vbi seruitium quod præstat̃ pro feudo esset tale ꝙ possit honeste ꝑstari ꝑ clericum Bal.Affl.Aluarot.& alij in c.1. §.qui clericus si de feudo defunct. contemptio fuerit, & in c.1.de milite vassall.& cat.Io.Tho. de Marin. in tract.de feud.tit.2.n.15.car.mihi 231. Rosentall. in eod.tract.c.7. Intrigl.in tract.de feud.cent. 1.q. 54.n.50.& cons.79.in fi. Innoc.in c.in præsentia n. 5.vbi ẽt Fel.n. 4.de probat.Alex.cons.10.nu.8.& 9.lib.5.Syluan.cons.30.n.60.Alciat.cõs.222. Cefal.cons.1.n.22.lib.1.Capic.dec.32.n.2.Osasc.dec. 27.n.7.Vulte.in tract.de feud.lib.1.c.9.n.67.ver. tertius cum ẽt cart.mihi 470.vbi dicit ꝙ tota inhabilitas clerici consistit ex quo sunt inhabiles ad seruiendũ dño, & quò ad reliqua nõ cõsiderantur Sõsbech.in trac.de feud.p.12.nu. 148. vbi ponit exemplũ de feudo cõcesso cum onere vt feudatarius singulo anno faciat celebrari certas missas Pison. in trac.de feud.c.32.n.14. qui ponit exemplum qñ pro seruitio feudatarius teneret̃ comitari dominũ in aduentu alicuius Principis vel accessu ad aliquẽ Principẽ & dixit ꝙ hæc opinio fuit originalis Innocentij in loco sup.cit. Tapp.in repet. Auth. ingressi in ver.sua c.14.n.34.vbi alios alleg. Maccab. cons.23 n.16.& 17.Barba.in tract.de præstant. Cardinaliũ p.1.q.5.n.8.& 10.in 13.to.trac.diuers.p.2.car.77. & 78.Menoch.in add.ad casum 231.nu.46.& 47. vbi ponit exemplum de feudo cõcesso cũ onere ꝙ vassallus certis diebus vt puta festiuis eat cum vxore dñi ad ecclesiã, & n. seq. ponit alia exempla quæ pñt conuenire, & q̃ non pñt cõuenire clericis, & cõs.181.n.66. vbi alios allegat Rol.cons.90.n.44.lib.4.Vran.cons.9.nu.30. vers. tertio inferiur lib.1.Natt.cons.600.nu.4.5.& 43. lib.3.Cefal.cons.041.n.27.& 30.lib.5.& cõs. 151. n.21.lib.2.Clarus in §.feudum q.78.n.1. Curt.sen. cons.62.n.2. Dec.in c.in præsentia n. 74. de probationib.vbi test.de com.opi. Paris.in d.c.in præsentia n.193.Rim.iun.cons.796.nu 9.vol.7. Intrig. in d. tract.de feud.cent.2.art.1. nu. 164.

Ampliatur hæc limitatio vt isto casu possit succedere ẽt monasterium durante vita ipsius monachi. Curt.iun.in tract. de feud.p.3. nu. 24.f. 284.Arosental.in eod.tract.cons.79. Vran. cons. 9. n.31.lib.1.vbi alios adducit Intrig.d.art.1.n. 168. 169.& 170. qui ẽt alios alle. & n.165. & adducit rõnem qa illud seruitium ita põt præstari per laicum sicut per clericum vel monasterium.

Sublimitatur hæc limitatio vbi vltra seruitium honestum, & clericis nõ indecẽs deberet præstari iurm fidelitatis quia tunc clericus esset feudi incapax, Osasc.d.dec.27.nu.9. Rol. eod. cons.90.n.44.vol.4.Intrig.præcit.art.1.nu.171.

Limitatur 2.in clericis in minoribus ordinibus constitutis quia ipsi nõ excludunt̃ à successione feudi, Kirco.in comm.opi.in lit. F. cent.2. concl.36.vbi test.de comm.opi. Curt.iun.in tract.de feud.p.3.2.p.princ.n.25.cart. mihi 284. Bald.in c. 1.n.3. de benefic.fem.Cannet.in repet. c.volentes in §.seu sect.incipiente, sed opera pretium nu. 27.in fi. car.mihi 186.vbi asserit istã esse com.opi.Sõsbech. in tract.de feud.p.12.nu.137.vers. ex pdictis ergo, Propos.in §.& quia n.51.qui feud.dare poss.Guerr. Piso.in trac.de feud.c.37.n.21.Mozz. in eod.trac. de feud.in tit.ex qb.caus.feud.amittit.n.16.vers. aut est clericus Borell.cons.40.n.17.Bald. in c.1.§.qui clericus n.7.si de feud.defunc.contro.Crau.cons.33. n.7.vol.1.Tapp.in repet. Auth.ingressi in verb.sua c.14.n.22.Duen.reg.103.n.2.Gall.cons.2.n.100. vers.inter vero modernos inter cõs.feud.diuers. Barbat.in trac.de præstant.Card.p.1.q.5.n. 4. & 5.in 13.to.trac.diuers.p.2.car.77.Menoc.in trac.de arb. cas.

cas.231.n.10.& in add. ad eundem casum n. 34. ubi alios allegat Curt.inn.cõs.192.n.47.lib.2. Afoscentall.in tract.de feud. p.7.conclus.75. Purpur. cons. 119.nn.3.lib.1.Visimbet.cons.55.n.21.vers.itaq; minus lib.2.Cassan.super cõsuet.Burgund.rub.3.§. 5.vers. exceptæ les religiux nu.4.& 14.cart. mihi 451.Marti.Vran.cõs.9.n.29.31.& 32.lib.1.Rol. cons.23.n.1.& 23.lib.1.ubi asserit istã esse cõ.opi. Clar.in §.feud. q.78.nu.5.ubi non solum testatur de com.opi.sed dicit q hæc opinio seruatur in pract. Intrigl.in tract.de feud.cent.2.art.1.n.172. & huius limitationis est rõ qa cleric⁹ in minoribus põt qñdocũq; vult, & ad suũ libitũ ad seculũ reddire,*c.his q post Sanctũ 30.dist.Mart. Vran.d.cõs. 9.lib.1.* Sed in isto articulo contrarium tenuerunt Berret.*cons.100.n.16.& Minad. in const. in aliquibus in verb.filiorum in 3.not.nu. 18. & 16.de success.fil.comit.vel baro.* vbi pro ista opinione adducit duas rões vt ibi p eum, alii vero distinguunt aut statim mortuo patre vel agnato clericatum deposuit,& laicus factus fuit,& tunc admittit ad feudi successionem, *iuxta ea, q scribit Iser.in c.1.n.2.& 3.de vassall.mil.&c.Io. Batt.Vincem.in cons.1.n.100.inter cõs.feud.diuers. Iacobut.de Franch.in reg.§.& qa vidimus n.56.in tit.de his qui fend. dare poss.cart.mihi 17.post dec. Vinc.de Franch. Intrigl.d.art.1.n.185.& seq.* aut diu post delatum,& apertum feudum in clericatu pseuerauerit, & tũc in feudo succedit sed illo priuabit *ita distinguit Affl. dec.320.n.7.& in c.1.n.10.vers.sed dubitat de mil. Vassall. qui arm. bell.depos. Hàrman. Pistor.in quast.feud.lib.2.p.2. q.34.n.18. Mozz.in tract. de feud.in tit.qb.ex cau. feud.ammittit.n.16.vers. aut est clericus car. mihi 203.Io.Thom.de Marin.in tract. de fend. ex pacto, & prouid.n.140.cart.mihi 228.Capic.dec.115.nu. 11.& ibi Masul.in add.n.14.Menoch.cons.54.n. 39.lib.1.& in tract.de arb.cas.231.n.13.& 14.& in add.ibi n.39.* vbi ponit qñ diu in ipso clericatu perfistere dicat *Tapp. in rep. Auth. ingressi in verb.sua e.14.n.16.vers.distingue tamen,& n.24.* vbi ex dictis per Camill.Salet.*in add. ad Neap. in probem.consuet.Neap.n.300.* ponit tres diuersos casus.s.aut tpe mortis feudatarij super est filius laicus, & habilis ad succedẽdum, q post eius mortem clericatum assumpsit vel religionem est ingressus,& tũc feudum ammittit, *ut ego dixi sup.in 1.ampl.* quia tunc faciẽdo actum incompatibilẽ cum feudo vr renunciasse iuri suo *l.voluntarie ff.de excusat.tutor.* Aut quis erat clericus in uita patris, & anteq̃ sit delatum feudum per mortem ipsius patris laicat, & tũc in feudo succedit, *Iser.in c.1. de vassall.mil. q arma, &c.* Aut mortuo feudatario successor proxim⁹ reperit clericus, & vult succedere, & isto casu iterum distinguit aut ante sibi motã litem de feudo dimittit habitum reintegra,& tunc põt in feudo succedere *secũdum Capic.dec.115.n.11.*

83

84

85

86

aut vero post motam qõnem de feudo ab eo, q erat successurus,& sic re non integra, & tũc excludit à successione feudi, *Vulte. in tract. de feud. lib.1.c.9.nu.67.vers.porro non hijs cart. mihi 469.vbi multos alios alleg. Iacobut.de Franch.in §. & qa vidimus n.57.de hys, q fend. dare poss.car.17. post dec.Vinc.de Fran.has easdẽ distinctiones ponit Masull.in add.ad Capi.d.dec.115.n.14.* Ego vero prætermissis prædictis distinctionib. dicerem put vr sentire ipse Tappia *d.c.14.n.28.* q si tpe delationis feudi proximus successurus reperit clericus,nec declarat an velit laicari, vel in clericatu permanere deberet is, q prætẽdit succedere in feudo post mortẽ patris ei decerni facere p iudicẽ terminũ, infra quẽ declaret eius intentionẽ; *& ita alias fuisse obseruatũ refert Vic. de Ann.alleg.98.n.9.* q dicit q fuit datus terminus sex mensiũ ad faciendã talẽ declarationẽ, *hoc idẽ refert Bamb.d.§.q clericus nu.72.& 83.* Et faciunt in argumẽtum ea q in simili dicimus in dãdo curatorẽ hẽditati iacenti, qa tũc hẽdib. successuris ab intestato assignat terminus ad designãdum,& declarandũ,an velint hẽdites adire; *ut latè tradit Capic.dec.87.n.1.* quo termino elapso si ille non dimisit habitum clericalem,sed in eo permãsit excludit à feudo, qa tunc vidẽt suum aĩum declarasse q nolit esse miles,& feudo renunciasse, *Bambac. in d. §. si qs clericus n.82.* qa renunciatio put ratificatio ita põt fieri facto sicut verbis, *l.Paulus, ff. rem ratã haber. Crauet.cons.290.n.1.vers.nos habemus, lib. 2.Cefal.cons.26.n.12. Menoc.cons.78.n.25.* sic in simili videmus de eo, qui hẽt terminum ad pbandum,vel excipiendum, nam si pariter terminum labi absq;eo, q aliqd probet, vel excipiat iste lapsus terminũ induceit tacitã renunciationem *l.si ea C.q accuss.poss.glos. & Ang.in l. si ego ff de negot gest. Surd.cõs.97.n.2.& seq. Rol. Cauag.in objer.ad decret. Mont.Ferrat.decr. 7.§.7. n.1.* idem est in eo, q infra decẽ dies datos ad appellandum non appellauit,quia tunc vr appellatione renunciasse, & sñiam approbasse, *l. ab eo C.qño,& quando iudex c. quo ad consultationẽ de sñia,& re iud.Crott.cons.87.nu.19. lib. 1. Natt. cons.524.n.19.lib.3.* & idem dicimus, de eo, q hẽt priuilegium immunitatis, vel quis aliud priuilegium namq; si soluerit collectam eo nõ obñe,vel alio mõ priuilegio vsus non fuerit vr suo priuilegio renunciasse, *c.si detorta vbi glo.& doct.& pserim Dec.n.21.idẽ Dec. in c.cũ accessisset n.17.post Fel.n.28.de const.Marsil de fideiu.n.335 Rip.resp.92.n.10.Fran.de Eccles.cons.5.n.2. inter cons.feud.diu.Scard.cons.419.n.6.Passer.cõs.192. n.2.Menoc.cons.887.n.32.lib.6.* & parimodo dicimus idem in appellante q si postq̃ appellauit comparuit, & fecit aliquem actum coram iudice à quo vr appellationi renunciasse *Specul.in tit.de exc.opt.& replicat.§.4.num.41.lib.2.*

87

88

89

90

91

92

93

94

Rom.

47 Limitatur 3. vbi laicus incederet in habitu, & tõsura, & beneficium impetraret sub nomine clerici, qa tunc (secundũ aliquos) esset valida impetratio; ex quo is talis potest dici clericus animi destinatione *Compostell. in c. cũ adeo de rescript.* sed in hoc contraria opinio est com. recepta per *scribent. in d. c. cũ adeo,* ꝓut de com. testatur *Io. de Anan. ibidem in fi. & dixi in prælẽti effect. n. 18.* nisi primam opinionem intelligamus qñ is talis, qui beneficim impetrat, haberet tantũ primã tonsurã, quia is talis cõprehendiť appellatione clericorũ, vt dixi *in prælud. n. 300.* & ideo poterit beneficium obtinere.

48 Limitať 4. in collatione Hospitalis, quæ potest fieri in fauorem simplicis laicis, cui potest dari in administrationem *clem. quia contingit de relig. domib. & ibi com. DD. Paris. in tract. de resignat. benef. lib. 4. q. 2. n. 41.* Et ratio est, quia ho-

49 spitalia, quæ dant in regimen, & administrationem, nõ veniunt appellatione beneficiorũ *clem. per literas de prabend. Sarnens. ad reg. de annal. q. 3. n. 2. Anastas. Germon. in tract. de indult. in §. regularia, nu. 40. cum. mihi 100.*

50 Sublimitatur tamen hæc limitatio, qñ hospitale dareť in titulũ, qa tunc non posset cõferri laico, ex quo tali casu venit appellatione beneficiorum *Sarnen. d. q. 3. n. 7. Millens in suo reper. in verb. beneficij appellatione Rebuff. ad reg. de infirm. gl. 5. & de nominat. q. 15. nu. 14. Germon. loc. cit. n. 40. 41. & 42.* vbi quomodo cognosca tur quando hospitale est collatum in titulum, & quando in administrationem.

51 Sublimitať 2. qñ collatio hospitalis esset facta in laicum, q. narrauit se esse clericum quia isto casu collatio esset nulla *Paris. d. q. 2. n. 4.*

52 Limitatur 5. quando in concessione beneficij fuisset apposita clausula (quàm primum ad clericatum fuerit absumptus) qa potest cõferri beneficium laico, si collatio habet istam clausulam, & si non sit clericus, sed tantum secularis, quãprimum clericali caractere fuerit insignitus, qa tũc esset valida collatio, quãuis esset laicus tempore datæ, *Gabriel cons. 186. n. 3. & seq. lib. 1. late Paris. in tract. de resignat. benef. li.*

53 *4. q. 2. nu. 46. & seq.* sic etiam in simili dicimus quod incapax potest institui hæres cum clausula (cum fuerit capax, vel legitimatus,) *l. in tempus, ff. de hæred. instit. Bal. in l. Gallus, §. instituens, nu. 2. ff. de lib. & posth. vbi Alex. Soc. & Ias. Paul. de Castr. in d. l. Gall. §. qd si his, qui Paris. cõs. 23. n. 24. in fi. lib. 3. Soc. iun. cons. 121. n. 25. lib. 2. Io. Crot. cons. 425. nu. 48. com. refert Curt. iun. cons.*

54 *84. n. 3.* vbi etiã potest institui filius captus ad host ib. sub condõne (si reuertať,) ex quo sufficit ꝙ capax sit tpe acquisitionis, & de cõi testať, & ratio, est qa sufficit, vt sit capax tpe acquisitionis *Dec. cons. 40. Paul. de Castr. cons. 301. prædicta dubia vers. ad primum respondetur, lib. 2. Simon de Prat. de interpetrat. vlt. vol. lib. 2. interpetr. 2. solut. 1. num. 38.*

55 Limitatur 6. quãdo per longum tps tennit beneficium tãquam clericus, quia tunc præsumitur clericus *Boer. d. dec. 171. n. 8. Tusc. d. concl. 56. nu. 18.* qui tamen *n. 20.* videtur contrarium concludere, allegat *Gram. dec. 18. n. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest dari tutor in testamento, nec per curiam, & quid eo volente num. 3. & 19. & quid quando pupilli sunt pauperes, & miserabiles, nu. 17. quod lim. quando alius non inuenitur, nu. 18. quid in monacis, num. 20.*

2 *Clericus tutor potest reijci a limine iudicij stante nullitate tutelæ.*

4 *Legatum si sit factum clerico, vt suscipiat tutelam filiorum testatoris, potest quidem illud habere, & tutelam recusare, sic etiam miles n. 5.*

6 *Episcopi, & cæteri dignitate constituti non possunt esse tutores.*

7 *Clerici non solum exensantur a tutela quando sunt cleri-*

clerici, sed etiam ab ea, quã incipit administrare.

8 *Tutor excusatur à tutela quando superueneit infirmitas, etiam quod inceperit administrare.*

9 *Tutor excusatur à tutela ex militia superueniente.*

10 *Priuilegium superueniens non solum excusat à muneribus præsentibus, sed à futuris.*

11 *Dignitas superueniens soluit vinculum obligationis præcedentis.*

12 *Tutor an excusetur propter impedimentum si fuisset procuratum tale impedimentum, & n.13.*

14 *Clericus suscipiens clericatum, vt excusetur à tutela, remanet tantum excusatus donec permanserit in clericatu.*

15 *Clericus fruitur immunitate dũ est clericus tantum.*

16 *Clericus non potest admitti ad clericatum quando reperitur tutor, nisi deposita tutela.*

21 *Clerici vnam tantum tutelam suscipere possunt, & debent esse coniuncti, num. 22. & proximiores pupillo, num 23. 24.*

25 *Clericus, qui noluit acceptare tutelam, priuatur successione pupilli.*

26 *Clericus, non petens tutorem pupillo cui erat successurus priuatur eius successione.*

27 *Tutor an excusetur propter numerum filiorum in quo adsunt clerici.*

28 *Filij naturals, & filij religiosi prosunt parentibus ad obtinendum immunitatem concedendam ob duodecim filios.*

DECIMVS SEXTVS EFFECTVS.

Montan. de [struck out] pit. cap. 35 n. 190 fol. 162 Callinius de verb. sign. lib. 5. cap. 98. n. 69. fol. 94

1 SExtus decimus effectus clericatus est, vt clericus nõ possit dari tutor ĩ testõ, neq. per Curiam, & dans peccatet, *c. Cyprianus, & ibi gl. 21. q. 3. c. peruenit vbi ẽt gl. 86. dist. l. generaliter, iuncta authent. sed hodie, C. de episc. & cler. vbi DD. §. Deo amabilis vbi Bar. n. 1. in auth. de sanctiss. Episc. Spec. in tit. de tutor. §. generaliter, n. 10. glos. & comm. DD. in §. idem, & in milite instit. de excus. tutor. Franc. Aret. cons. 26. n. 3. vers. circa secundũ dubium Abb. in c. non eo minus, n 15. de immu. eccl. Io. Honotom. in §. idem in milite, n. 3. instit. de excus. tut. Addent. ad Bal. in l. & post, n. 12. ff. de transact. Moli. de iust. & iur. tract. 2. disput. 121. vers. religiosus tutor car. mihi 889. & vers. clerici in sacris eadem carta Viui. dec. 151. nu. 7. Caualc. decis. 19. n. 15. lib. 3. Foller. in add. ad Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 65. car. mihi 203. Caroc. dec. 17. n. 20. Simon Maiol. in tract. de irregul. li. 3. c. 25. n. 2. Io. Pels in process. iud. tit. 5. nu. 9. Io. de Deo in doctrin. Aduocat. lib. 3. c. 10. n. 11. Caualc. in tract. de tutor. & curator. n. 288. Thomat. in trac. de muner. in §. seu sect. si quispiã, n. 10. car. mihi 276. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 18. Bertrand. cons. 116. p. 2. lib. 2. Ant. Piag. in trac. de tutor. & curat. q. 3. nu. 1. 2. & 3. Scrader in tract. de feud. p. 10. sess. 20. n. 27. Nicol. de Neapol. in l. sed et miles, in fi. princ. ff. de excusat. tutor. Maccabr. cons. 37. n. 81. Mõta. in trac. de tutel. c. 35. reg. 1. n. 195.* vbi ponit rõnem ne scilicet clerici, qui sunt ministerijs ecclesiasticis ascripti, & in eis semper debẽt vacare, occupent̃ alijs negotijs ꝓfanis, quam rõnem ad hoc propositum adduxerunt ẽt *Cuiatius Nouell. 123. & in tit. de præscrip. c. 16. in fi. Germõ. in trac. de sacror. imm. li. 2. c. 15. n. 13.*

2 Ampliat̃ 1. iste effectus 16. vt in tantum sit verus, quòd clericus agens vti tutor datiuus, vel testamentarius, põt ei opponi de nullitate tutelæ, & propterea reijci a limine iudicij *Io. de Deo in doctrin. aduoc. lib. 3. cap. 10. num. 11. Caualc. dec. 19. num. 15. lib. 3.*

3 Ampliatur 2. vt nec ẽt volentes pñt suscipere tutelam testamentariam, vel datiuã *Auth. presbyteros, & ibi DD. C. de episc. & cler. c. fi. dist. 86. c. Cyprianus 21. q. 3. gl. in l. generaliter, in verb. ipso iure vbi ẽt Sal. & cateri scribentes, C. de sacros. eccl. gl. in c. peruenit dist. 86. Spec. in tit. de tutor. §. generaliter, n. 10. Bart. cons. 143. lib. 1. Frãc. Aret. cons. 26. n. 3. Stefan. Bertrard. cons. 116. lib. 2. p. 2. Alciat. in tract. de præsũpt. reg. 3. præsump. 18. Caualc. in trac. de tutor. & curat. n. 288. Piagg. in eod. tract. q. 3. n. 1.* quos oẽs refert, & sequit̃ *Scrader. ĩ trac. de feud. p. 10. sect. 20. n. 27. ver. quimo clerici.*

4 Ampliat 3. vt hic effectus procedat ẽt si clerico sit aliq̃d legatum cũ ista condõne, vt suscipiat tutelam filiorum testatoris, quia ea nõ obstante poterit legatum conseq, & à tutela se excusare *Alber. in Auth. presbyteros, num. 2. C. de*

5 *epis. & cler. Caroc. dec. 17. n. 18. & 19.* dicit idem esse in milite terrestris militiæ, *l. ab administratione, C. de legat. Bald. cons. 356. in princ. lib. 4. Angel. cons. 166. post princ. Grat. cons. 84. in fi. lib. 2.*

6 Ampliatur 4. vt hoc idem procedat in Episcopis, ac cæteris in dignitate constitutis, qui nec poterunt esse tutores, nisi miserabiliũ psonarum, quarum bona perirent, nisi sint ab eis subleuati *Moli. in tract. de iust. & iur. tract. 2. disp. 221. vers. episcopus etiam tutor car. mihi* 889.

7 Ampliatur 5. vt clerici non solum excusent̃ à tutela, quæ eis defertur tpe quo sunt clerici, verum etiam ab illa, quã iã inceperunt administrare, namq. si volunt clericari, vel monacari pñt ab ea se excusare, *c. 1. iuncta gl. de oblig. ad ratiocin. Io. Pels. in tract. process. iudiciar. tit. de tut. & curat. tit. 5. n. 9. f. 85. Vint. Mancin. de tutel. q. 7. prin. n. 28. f. 58. Borgin. dec. 19. nu. 15. Carocc. d. dec. 17. n. 20. Burg. de tutor. n. 288. Spec. in tit. de tutel. §. generaliter, n. 11. Mõtan. de tutel. c. 35. n. 199 f. 168.* & ratio v̄r esse, q̃a dignitas superueniẽs soluit vinculũ obligationis præcedentis ẽt voluntariæ contractæ, *l. interdum, ff. de oper. liber.*

8 *Marsil. de fideiussor. n. 137.* q̃ corroboratur ex eo q̃ in simili dicimus de tutore cui supuenit infirmitas, quia, & is pp infirmitatem superuenientem excusatur à tutela, quam prius administrare inceperat, *l. & nõ tãtũ, & l. post susceptã, ff. de*

ff. de tute. l. 2. §. his illud, C. quando mulier tutelæ mun. fungi possit, l. non solum, §. si. ff. de excusat. tutor. & tot. tit. C. qui morbo se excus. Magoni. in Rot. Flor. dec. 43. n. 6. Actius de infirm. p. 2. in verb. tutela, n. 2. Monta in tract. de tutel. c. 35. reg. 1. n. 152 Siluester in §. item pp n. 1. instit. de excusat. tut. &

9 idem dicimus de eo cui superuenit militia, quia propter militiam superuenientem excusatur à tutela, *l. milites vbi DD. C. q dari tutor possūt Ang. in §. item maior n. 5. instit. de excusat. tutor.* nec admittunt *Monta. de tut. c. 35. n. 184. Caroc. d. dec. n. 18.* & cū clerici habent oia priuilegia concessa militibus armatæ militiæ, vt dicam *infra eff. 19. n. 1.* & voluerunt *gl. Bar. & Ang. in l. milites, ff. de iud. Euerard. in loco à milite armatæ militiæ, Caroc. d. decis. 17. num. 19.*

10 Et prædictorum oium rō est, quia priuilegiū superueniens non solum excusat à muneribus futuris, sed etiam à præsentibus *l. Spadonem, §. si autem quis, & l. iurisperiti in princ. ff. de excus. tutor. Mars. in repet. rub. ff. de fideiuss. n. 136. Velasc.*

11 *dec. 58. n. 10.* & dignitas superueniēs soluit vinculū obligationis præcedētis ēt volūtariè contracte, *l. interdū. ff. de oper. libe. Mars. d. rub. n. 137.*

12 Nec obstat quod dici fortasse posset quod scilicet ex quo hoc impedimentū est procuratū, & pnenerat facto ipsius tutoris, ideo excusari non debet, *l. 2. §. simili modo, ff. si quis cautio. vbi Bar. Siluest. in §. item tria onera, n. 9. 13. & seq. de excus. tut. clem. 2. §. illis, & ibi gl. de pen. vbi Cardinal. Bertach. in ver. impedimentum vers. 9. & 19. Surd. dec. 189. n. 28. & dec. 203. n. 15. & in tract. de alimēt. tit. 7. q. 36. n. 8. Io. Bapt. à Cost. in tract. de iur. & fact. ignor. inspect. 20. n. 3. f. 42. idē Surd. cons. 371. n. 96. Serafi. de priuil. iuram. priuil. 4. nu. 102. cum*

13 *plur. seq.* vbi hoc multis medijs corroborat, & in terminis affectati impedimenti, vt quis se excuset à tutela, quod affectanti non prosit, latè *Syluest. in d. §. item tria onera, n. 9. cum multis seq. instit de excus. tut.* quia rūdeo quod prædicta nō procedunt in hoc impedimēto, quia licet perueniat ex facto ipsius excusādi, nihilominus non est præsumendū quod illud affectauerit malo animo, & vt oino se excusaret à tutela, sed vt Deo se dicaret, & transiret in famulatum dñi, quia qualia sunt principia, talia præsumunt principiata, vt dixi *sup. eff. 1. lim. 61. nu. 1098.* vbi examinaui materiam de eo, q se facit clericum post patratū delictum, quę oia ibi dicta multo magis

14 militant in casu præsenti, & ne eadem repetā, ad ibi scripta me remitto. Est bene verū quod si quis fecerit se clericum, & ppea fuit excusatus à tutela, non remanebit perpetuo excusat⁹, sed donec, & quousq; clericus permāserit, *§. itē q Reipublicæ, insti. de excus. tut. l. si oēm rē, ff. de t. u. et cur. datis ab his.* Et pro hoc facit quod dixi *sup.*

15 *eff. 3. lim. 15. n. 292.* vbi dixi quod clericus fruitur immunitate dum est clericus, & statim quod desinit esse clericus, deficit immunitas, sic ēt dicimus de eo, qui est absens cā Reipublicæ, q post quam reuertit potest cogi recipere onus tutelæ, *l. non solum in princ. de excus. tut. Siluest. in §. item ij, qui num. 9. instit. eod. tit.*

16 Et non solum clericus non potest esse tutor, vt dixi principio hui⁹ effect. & excusatur à tutela, q de præsenti regit, vt dixi *in hac ampliatione*, verum ēt si reperit esse de præsenti, vel fuisset de præterito tutor, non potest admitti ad clericatum, nisi deposita tutela, & reddita ratione præteritæ administrationis, *c. vnico de obligat. ad ratiocin. vbi omnes scribentes Paul. Montan. in tract. de tut. c. 31. regul. 1. n. 199.*

17 Limitatur modo prędicta conclusio, siue effectus, vt non habeat locū qñ pupilli sunt pauperes, vel miserabiles personæ, tunc. n. clerici, accedente authoritate superioris, non tantum pñt sed etiā cogunt tutelam suscipere, & agnoscere, *c. 1. dist. 88. c. peruenit 86. dist. l. & orfanotropos, C. de episc. & cler. gl. fi. in c. fi. dist. 86. c. 1. ne cler. vel mon. Isidor. Moscon. de maiest. militan. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. tutelas autē car. mihi 411. Honotom. in §. idē, & in milite n. 3 instit. de excus. Molin. de iust. & iur. tract. disput. 221. vers. religiosus Tutor, & vers. clerici in sacris car. mihi 889. Faber. in Authen. presbyteros, C. de episc. & cler. Rebuff. super const. Galliæ in tit. de sent. prouis. art. 3. gl. vlt. n. 24.* vbi dicit, quod ad hoc pñt compelli *Foller. in add. ad pract. Maran. p. 4. dist. 11. nu. 65. car. mihi 203. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. nu. 12. Fusc. in sing. lit. C. n. 113.* qui dicit quod isto casu potest dari ēt monacus *Specul. in tit. de tutor. §. generaliter n. 17. Piagg. in d. tract. de tutor. & curat. q. 3. n. 4. 5. 6. & 7. Aret. in §. item maior. nu. 6. instit. de excus. tu. Monta. in tract. de tutel. c. 35. reg. 1. n. 197. Strader. in tract. de feud. p. 10. sect. 20. n. 23. ver. praterea*,

18 Quæ limitatio sublimitat, vt tantum procedat qñ alius tutor non posset inueniri ita aptus, vt possit bona pupilli gubernare, & sic in subsidium *Io. Faber in Auth. presbyteros, C. de epis. & cler. & in §. minores instit. de excusat. tut. Aret. in §. item maior, num. 3. circa fi. instit. eod. tit. Mont. & Strader. in locis proximè allegatis.*

19 Limitatur 2. vt licet clericus non possit dari tutor per testatorem, neq. per iudicē compelli ad suscipiendum tutelam, nihilominus si vult poterit legitimam tutelam subire, *l. generaliter & Auth. presbyteros ibi posita, C. de epise. & cler. & ibidem gl. & Paul. de Cast. Bar. cons. 143. lib. 1. & in §. Deo amabilis, n. 1. in Authen. de sanctis. epis. & in l. legitimas, §. si legitimus, nu. 1. ff. de legit. tut. glos. in c. peruenit 86. dist. & in l. generaliter in ver. ipso iure, & ibi Sal. & Io. Faber, C. de sacros. eccl. gl. in §. idē, & in milite in ver. nec volens, & ibi Ang. Aret. Io. Faber, & Siluester Aldob. instit. de excus. tut. Bald. in l. generaliter, n. 13. & 14. C. de epis. & cler. & cons. 45. n. 1. vol. 2. Spec. in tit. de tutor. §. genera-*

neraliter,n.10.Io.Ant.de Nig. ĩ clem. vnica,n.92. de vit.& honest.cler.Bertrand.cons.116.nu.1.lib. 1.p.2..Aret.in §.item maior,n.3.& 6. insti. de excusat.tut.& in §.sed hoc iure nu.3.& 6.de actilian. tut. Abb.in c.non minus,n.15.de immun.eccl. Frãc. Aret.cons.76.n.3.Canal.in tract.de tutor. & cur.n. 288.Vin.dec.151.n.7.Foller.in addit. ad pract.Marant.p.4.dist.11.n.65.car.mihi 203.Graff. in dec. aur.p.2.lib.3.c.2.n.13.Nicas. in §.& qui n.20.instit.de excusat.Io.de Deo in Doctr.aduoc.lib.3.c.10. n.11.Artman.in lib.2.pract.Forens.in miscellan.c. 2.obseru.8.n.8.Caroc.d.dec.17.n.20.Ant.Piagg. in tract.de tut.& curat.q.3.n.1.2.& 3.Molin.de iust.& iur.disput.221.ver.clerici iu sacris car.mihi 889.Scrader iu tract.de feud.p.10.sect.20. nu.27. vers.legitimã vero Thomat. in tract. de muner.in §. seu sect.incipien.si quispiam, nu. 10.car. mihi 276. vbi dicit, ꝙ ad hoc suadent ratione charitatis, & ꝙ ad Christianũ,ac religiosũ spectat suis sãguine cõiunctis opem ferre, & vlterius addit, quod vt possit suscipere huiusmodi tutelã requirit licẽtia superiorũ, ex quo tutela est officium distrahens à diuinis, quod dixerunt etiã *Alciat.in tract.de præsumpt.reg.3.præsumpt.18.n. 2. Caroc. & Caualc. in locis proximè allegatis.*

20 Primo intelligas hanc limitationem, vt procedat tantum in clericis secularibus, secus in monachis, ac cæteris regularibus, & Episcopis, q ad nullam tutelam admittuntur ẽt legitimã *Spec. in tit.de tutor.§.generaliter,nu.10.Io.Pels. in process.iud.tit.5.n.9.Maccabr.cons.37.n.82.Molin.de iustit.& iur.tract.2.disp.221.ver. religiosus tutor. car.mihi* 889.

21 Secundo intelligas, vt clerici seculares vnã tãtũ, & nõ plures põt suscipere legitimã tutelã *Monta.in trac.de tutel.c.35.reg.1.*

22 Tertio intelligas, vt admittant ad tutelam coniunctorum vsq; ad quartum gradũ tantũ, & non vltra *Manci.in tract.de tutel.in 7.q. princ. n.2.n.28.Maccabr.cons.37.nu. 83. 84.& 85.* vbi rñdet *Io.de Plat.& Ang.& Aret.* tenẽtibus cõtrariã opinionẽ, & adducunt rationem. s. quia cum tutela reguletur à successione, & hæreditate, *l.1.in princ.ff.de legit.tut.l.fi.C.eod. tit. Auth. sicut hæreditas,C.eod. tit.* dicendũ est ꝙ sicut hodie clerici admittuntur ad succedẽdum vsque ad quartũ gradũ, *§.interdicimus in Auth. de ecclesia.titu.collat.9.* ita debent admitti ad tutelã,

23 *l.1.§.1.ff.de legit.tutor.Thom.d.nu.10.* vbi dicit, ꝙ tunc admittit quando est ꝓximior pupillo, & eidem ab intestato successurus. Quarto inligas, vt licet admittat ad prædictã legitimam tutelã si vult nihilominus non põt cogi ad eã subeundã, & acceptandam *Vivi.dec.151.n.7.* q dicit ꝙ neque à iudice laico, neq. ab ecclesiastico põt ad hoc compelli *Bald.in l.presbyteros,nu. 1.C.de episc.& cler.multos allegat Bertach. in ver. clericus etiam in minoribus,Monta.in tract.de tutel. c.35.reg.1.n.196.* quidquid in contrarium tenuerit *Foller. in add.ad Marant.in pract. p.4.dist. 11.num.65.cart. mihi 203.*

24 Limitatur 2. & vlt. vbi clericus daret tutor pupillo, cuius tutela legitima testamento nõ facto ad istos clericos delata fuisset *Thomat. in tract.de muner.in §.seu sect.si quispiam,nu.10.car. mihi 276.Scrader in trac.de feud.par.10.sect.20. num.27. vers. & illud quòd.*

25 Quæro 1. an clericus tutor legitimus, qui nolit suscipere tutelam, priuet successione pupilli iuxta *tex.in l.sicut hæreditas,C.de legit. tutor.* & dico ꝙ non quia clericus põt succedere pupillo ẽt quod noluerit subire tale onus, *c. peruenit 86.dist.Graff.in dec.aur.p.2.lib.3.c.2.n. 13.in fi.*

26 Quæro 2. an clericus ob non petitum tutorẽ pupillo, cui ad intestato erat successurꝰ ammittat ipsius pupilli successionẽ, & dico quod non, prout de hac quæstione fui latè loquutus *sup.eff.2.lim.31.num.241. & 242.*

27 Quæro 3. an filij religiosi prosint patri ad se excusandum ab onere tutelæ ꝑꝑ numerum filiorum, & dico quod sic *Monta.in tract.de tutel. c.35.reg.1.n.68.* sicut in simili dicimus ꝙ tales filij religiosi ẽt naturales parentibus prosit ad obtinẽdã immunitatẽ ob numerũ duodecim filiorum, & numerũ faciunt ita *Apont.cõs. 16. n.21.vbi testatur de cõ. Gasp. Tesaur. in aureis addit.ad dec.sui patris dec.267.ver.ampl.nono.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici tenẽtur quotidie recitare horas canonicas iuxta Rit.S.Romanæ Ecclesiæ aliàs peccant mortaliter, & afficiuntur varijs pœnis nu.2.3.4.5.& 6. & an propter studium,nu.15.& 16.& quid in religiosis,qui non sunt in sacris,& monacis,nu. 18. & 19.limit.in clericis in minoribus,nu.33.*

7 *Clericus beneficiatus ommittens dicere totum officiũ tenetur restituere ratam illius diei, & si matutinum, perdit dimidium ratæ.*

8 *Extrauagantes super recitatione officij procedunt in beneficijs simplicibus, & quid sub in beneficijs habentibus seruitium annexum.*

9 *Fructus in beneficijs cõputantur pro toto anno,& nõ pro vna die, qua forsan nõ percipiuntur fructus.*

10 *Restitutio fienda ex fructibus beneficij ob non recitationem officij, cui sit facienda.*

11 *Pauper an possit sibi applicare eleemosinam si est distributurus eleemosinam inter pauperes.*

12 *Clericus beneficiatus priuatur beneficio, si ter monitus per duos dies infra terminum quindecim dierum prætermiserit totum offitium.*

13 *Clericus potest facere compositionem cum Papa, vel Episcopo, vt aliqua pars fructuum beneficij applicetur fabricæ Ecclesiæ, quando non recitauerit officium, lim.num. 14.*

17 *Milites Hierosolimitani tenentur recitare horas canonicas, prout alij religiosi.*

Con-

20 *Conuersi alicuius monasterij non tenentur dicere horas canonicas, sed certas orationes.*
21 *Clerici excommunicati, degradati, suspensi, & interdicti non excusantur à recitatione officij, sed non publice, num. 22.*
23 *Monialis quæ scit legere tenetur recitare officium.*
24 *Clericus itinerarius, & peregrinus an teneatur recitare officium, & quid in eo, qui est impeditus pro administrandis bonis temporalibus ecclesiæ, n. 25. & quid propter litem, nu. 28.*
26 *Consuetudo quòd impeditus non teneatur recitare officium non valet, secus si consuetudo esset circa modum recitandi, nu. 27.*
29 *Papa an possit statuere q clerici in sacris constituti non sint obligati quotidie recitare horas canonicas, lim. num. 30. & 32.*
31 *Clerici de iure diuino tenentur ad septē horas canonicas.*
34 *Clerici in minoribus, licet non teneantur recitare officium magnum, tenentur tamen recitare officium B. Mariæ, secus quando sunt beneficiati, quia tenentur ad officium magnum, num. 35.*
36 *Clericus in minoribus, qui habet pensionem, tenetur recitare officium quotidie, sicut sacerdotes.*
37. *Clericus beneficiatus, si fructus beneficij sūt per Papam alteri reseruati, tenetur recitare officium, ēt si seruiret per substitutū in beneficio, nu. 38 ēt si beneficium esset parui momenti, nu. 39. & 40.*
38 *Beneficiatus tenetur recitare officiū ēt si seruiret per substitutū, aut esset parui momenti, nu. 39. & 40.*
41 *Clericus beneficiatus an teneatur recitare officium si non possidet beneficium, licet fuerit ad illud promotus, & alius reperiatur intrusus.*
42 *Clericus resignans beneficium statim quòd illud transtulit in alium est liberatus.*
43 *Clericus ī minoribus, qui ratione beneficij tenetur recitare officiū, si illud non recitat tenetur restituere ratam fructuum, & peccat mortaliter, & nu. 44.*
45 *Infirmitas grauis excusat clericū à recitatione officij, & nu. 46. nec ēt tenetur audire illud, nu. 47. 48.*
49 *Clericus qui propter infirmitatem nō tenetur recitare officium non cogitur aliquid dicere eius loco, nec post reconualescentiam reiterare, nu. 58.*
50 *Iustum impedimentum quod euitari non potest sine scandalo excusat à recitatione officij.*
51 *Clericus qui ob paupertatem non habet breuiarium an excusetur à recitatione officij.*
52 *Clericus non satisfacit recitando officium cum labijs, sed requiritur attentio.*
53 *Horæ Canonicæ debent recitari continuè quantum fieri potest, & non sunt interrumpendæ.*
54 *Ommittens per errorem, vel aliā causam dicere vnā horā, & dixit sequentem non tenetur ambas iterū recitare, sed ommissam tantū, ita in psalmis, nu. 55.*
56 *Clericus obligatus recitare officium tenetur illud recitare secundum consuetudinem diœcesis in qua est beneficiatus.*
57 *Clericus existens in peccato mortali recitando officiū non meretur.*
59 *Clericus habens plura beneficia non tenetur pluries recitare officium, & quid si beneficia essent in diuersis diœcesibus differentibus, nu. 60.*
61 *Clericus secularibus potest recitare officium in quacumque hora diei.*
62 *Matutinum cum laudibus potest dici de sero pro die sequenti.*
63 *Religiosus assumptus ad Episcopatum, vel ad aliam curam ecclesiæ secularis non tenetur dicere officiū secundum ordinem religionis.*
64 *Recitans officiū degluttiendo uersus salmorū smorzando verba non satisfacit præcepto recitandi officiū.*
65 *Recitans officium priuatè non tenetur stare genuflexu, nec capite denudato.*

DECIMVSSEPTIMVS EFFECTVS.

1 DEcimus septimus effect. clericatus est, vt clerici teneantur quotidie ricitare horas canonicas iuxta determinationem, & Ritum S. Romanę Ecclesiæ præter aliquos religiosos, qui habent officium propriū, alias illud non recitādo peccat mortaliter, & licet de materia pñtis effect' integros tractatus fecerint *Nauarr. in comment. de oratione, & horis canonicis, & Marcell. Francol. in tract. de tpe horarum canonicarū,* nihilominus circa eum breuiori methodo pcedendo ea solum referā, q mihi vñr magis vtilia, & vsu frequentia, dico ergo quod clerici tenent recitare psalterium quotidie, vt dixi, ita habet *in c. dolentes de celebr. Missarū. gl. in c. fi. 91. dist. Abb. in c. 1. n. 4. de celebrat. Missar. & in c. tuis, n. 7. de præbend. Turrecr. in c. presbyter, nu. 8. 91. dist. Nauarr. in manual confess. c. 25. n. 97. & 98. Iacobus de Carolis in gēmato pauone colore 6. nu. 28. & 32. vers. hinc legitur in exodo car. mihi 273. Laucell. Corrad. in templ. iud. lib. 1. c. 1. de Pontifice Maximo nu. 20. cart. mihi 167. Cabbell. super consiliu. Egid. lib. 3. c. 18. glos. vnica cart. mihi 174. Nauarr. de horis canonicis, cap. 6. num. 1. & 2. summ. Rosell. in ver. horæ canonicæ, in princ. Riminald. iun. consil. 672. nu. 63. lib. 6.* in tantum q clerici non recitantes
2 diuinum officium singulo die, variis pęnis afficiunt, quarum prima est, quod peccant mortaliter, & hoc, tā si dimittunt totum officium, q̄ si aliquā partem notabilē ipsius; qa semper cōmittunt vnum peccatum, licet dimittāt totum officiū sic ēt si dimittunt tres, vel duas horas, vnum tm̄ cōmittunt; qa habet rō ad vnum officium, & non ad plura *Henric. de Gandau. quolibet. 29. q. 30. Ang. in summ. in verb. hora, §. 10. Palud. in 4. dist. 15. q. 5. Turrecrem. in c. Eleuterius, nu. 1. & 5. dist 91. Flam. Paris. in tract. de confiden. q. 9. n. 49. Zerol. in prax. episc. in verb. horæ canonicæ, §. 9. Nauar. in d. encher. de horis canonicis, c. 25. n. 97. c. 7. nu. 5. 6. & 9.* vbi dicit, q idē est in proponente, & deliberante non recitare per illam

 diem,

diē, vel illā horā; quia si pęnitentia ductus horas recitauerit non ppea euitabit peccatū mortale, quod iā cōmiserat per illā deliberationē.

3 Secunda est pęna suspensionis, vt not. oēs, & præcipuè *Anch. in 6. not. nu. 6. in c. volentes de celebr. Missar.* quā pęnā incurrunt postquā fuerit ter moniti, vt ibi habet. 4 Tertia pęna est, vt possint puniri arbitrio sui iudicis *Scribent. super cōsuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 35. Diaz in pract. canon. c. 49. Ripa in repet. l. si. q. 66. C. de reuocan. donat. Fel. in c. postulasti de rescript. nu. 7. Menoch. in tract. de arbit. iudi. cas. 428. nu. 3. Gaspar Cabbell. super constit. Egid. lib. 3. c. 18. glos. 1. nu. 6. cart. mihi 174.*

5 Quarta, & vlti. (quæ multis vr̄ cæteris grauior, & durior) pęna est, vt teneantur restituere ratā fructuum bn̄ficii (si qd̄ habent) illius diei, vel horæ, quā prætermittunt *Calder. in c. 1. de celebrat. Miss. Gemin. in c. 1. dist. 42. & in c. fin. col. 1. de rescript. in 6. c. si canonici. §. scripturi, vbi oēs scribentes de offic. ordinar. in 6. Nauar. in enchirid. de orat. & horis cano. c. 7. n. 32. Fel. in c. postulasti, nu. 6. vers. & scias quod, de rescript. Abb. in c. 1. nu. 8. de celebrat. Miss. & in c. diuersis, nu. 2. de cler. coniug. Anch. in c. & si Christus, nu. 16. de iureiur. Flam. Paris. in tract. de confid. q. 9. n. 50. Brun. à Sol. q. 40. n. 13. Soto de iust. & iur. lib. 10. q. 5. art. 6. Couarr. in lib. 3. variar. resolut. c. 13. n. 10. Dec. in c. cū oēs in 2. lect. n. 2. de const. Gābar. in tract. de offic. legat. lib. 6. n. 328 Marquat. in tract. de celibat. p. 1. c. 3 n. 6. Alba. in lucubr. ad Bar. in l. sacrosanctæ, nu. 13. C. de episcop. & cler. Fernand. Vasq. in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22. lim. 17. n. 56.* vbi alios allegat *Menoch. in tract. de arbitr. ind. cas. 429. nu. 4.* vbi dicit, q̄ hæc pœna est introducta per quādam *constōnem editam in Concilio Lateranensi sub Leone X. in sess. 9. §. itē Statuimus* prout eamdem *constōnem* refert *Nauarr. d. n. 32.* vbi ēt simul cū *Menoch. in add. ad cas. præd. n. 1.* recenset quadam *extrauagant. Pij Papæ V.* per quam disponitur, & datur modus restōnis. s. q̄ si dimittit totum officium tenetur restituere ratam illius diei, in quo officium non recitauit, si vero dimisit matutinum tantum, perdit dimidium ratæ illius diei, si vero cęteras horas, perdit ēt dimidium, & si p̄termittit vnā horā, vtputa cōpletorium, vel primā, perdit tm̄ sextā partē puentus illius diei, ex qua *constōne Concilij Lateranēsis, & extrauagant. Pij V.* abrogatur opinio illorum, q dixerunt q̄ non amittit fructus, sed tm̄ peccat mortaliter clericus bn̄ficiatus non recitans horas canonicas, quos referunt *Menoc. Nauar. & Vasq. in locis sup. allegatis*, sed si clericus, tā ex errore, 6 q̄ ex negligentia p̄termiserit aliquā particulā, vel aliquos versus, vel male recitauerit, & pronuntiauerit, non propterea tenebitur ad restitutionem Sotus *d. art. 6. col. 4. vers. subtexitur nihilominus quarta conclusio Menoc. d. cas. 429. n. 5. Card. Tolet. lib. 2. instruct. sacerd. c. 12. n. 5. & 6.*

7 Modus aūt restōnis faciendæ ex dispositione p̄dictarum extrauagantiū Leonis Decimi, & Pii V. est q̄ si clericus bn̄ficiatus dimittit totum officium tenet restituere ratā illius diei, in quo officium non recitauit, si vero dimisit matutinum tm̄, perdit dimidium ratæ illius diei, si vero cęteras horas pdit ēt dimidium, at si p̄termittit vnā horā tm̄, vtputa completorium, vel primā, perdit solum sextā partem puentus illius diei, q̄ tn̄ extrauagātes pcedunt in bn̄ficijs simplicibus, & non habentib. aliqd̄ seruitium annexum, at si hēret seruitium, tūc puto 8 q̄ restō dēt fieri p modum, vt sup. deducto tn̄ id qd̄ bn̄ficiatus meret rōne seruitii p̄stiti, vt si in bn̄ficio tenet quotidie dicere Missā, nāq; si eo die, quo recitauit Missā dimisit officium, tenet restituere id, qd̄ superest deducta parte, quā meret p missa, & fruct⁹ dēnt cōputari p toto anno, & non p vna die, & p̄sertim vbi puent⁹ 9 sunt incerti, ex quo si vna die perueniunt decē & ī alia duo, & ī alia nihil & dimittit officium illa die, qua nihil pcepit non pōt dicere q̄ nihil tenet restituere, ex quo illa die nihil pcepit, nec si die, quo non dicit officium, recipit decē, tenet restituere illa decē, sed tm̄ p ratha iuxta puentus totius anni, ad tradita p *DD. ī c. 1. ī tit. hic finitur lex ī vsib. feud. & Bott. cōs. 23. & p Thes. dec. 56. Ioseph Lud. Perus. dec. 79. Caroc. de locat. in tit. de vsufr. q. 23. nu. 3. & seq. & q. 24. Viu. dec. 8. Surd. de alim. tit. 1. q. 33. n. 25. Alba. cōs. 639. lib. 4. Anch. nu. q. 13. n. 11. lib. 1.* q oēs ponunt quo ordine, & qūo sunt diuidēdi fructus, & dicunt q̄ considerant puentus toti⁹ anni, & sic sunt di-10 uidendi. Et p̄dicta restitutio non ē opus, vt fiat fabricæ ecclesiæ, ī qua ē constitutum bn̄ficiū, sed satis ē, vt distribuat inter pauperes, ideo si is q restituere tenet esset pauper, poterit illud sibi applicare de cōsilio confessarii, qa q tenet aliqd distribuere pauperibus, pōt illud sibi ad 11 dicere, ita *Nauar. ī Encherid. de orat. & hor. can. c. 7. nu. 33. & 34.* & qd̄ possit qs sibi applicare qd̄ tenet distribuere inter pauperes, si ipse est pauper, dixerunt *Paul. Alilazar. ī clem. vnic. de testa. & ibi Card. q. 22. Rip. ī trac. de reme. ad cōser. vber. n. 164. Soc. cōs. 11. n. 6. lib. 1. Paris. cōs. 29. n. 22. lib. 4 Mant. de interpret. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 9. Surd. de ali. tit. 1. q. 94. n. 4.* sicut ēt electus ad distribuendū inter pauperes pōt eligere, & distribuere in consanguineos pauperes, q̄ in extraneos, *c. ceterū 86. dist. c. peruenit 1. q. 3. Abb. in c. vt supra col. fi. de reb. eccl. non alien. & in c. peruenit, nu. 1. de arbitr. Affl. dec. 200. quidā, nu. 10. Bart. & Ang. & Imol. in l. illa institutio ff. de hæred. instit. Alex. in l. dictus, nu. 5. ff. ad l. Falc. Benincas. de paupert. tit. de iudic. q. 7. in 5. special. nu. 23. f. 86. Tiraqu. in tractat. piæ causæ in præfation. colum. 7. vers. & facit pro prima parte, fol. 2. Fideric. de Sen. cons. 33. nu. 3. vers. item pone Surd. de alim. tit. 1. q. 93. nu. 5.*

Et

Et clericus beneficiatus monitus ter, si moni-
12 tionibus non obstātibus p duas vices, vel dies prætermiserit totum officium infra spatiū 15. dierum, poterit beneficio priuari *Diaz. in prac. in verb. officiū*, prout eum allegat *Corrad. in répl. ind. lib. 1. c. 1. §. 4. n. 21. cart. mihi 167. Menoch. in tract. de arbit. in add. ad cas. 429. nu. 2. & 4.* vbi ex
13 Soto dicit, qđ clericus pôt facere cōpositionē cū Sūmo Pontifice, vel Epo, vt aliqua fructuū quātitas p eius volūtate, & arbitrio, fabricę ecclesiæ applicetꝰ, & qd dum alias dixit q̄ cleric⁹ ommittēs recitare officiū, debeat puniri pœna arbitrio iudicis dēt intelligi de hac pœna, vt cōponat se cū superiore q̄ dixit ēt *Marſ. colū. de red-*
14 *dit. eub. p. 3. c. 33. n. 10.* vbi alios allegat, at si qs sub hac spe se cōponendi non fuerit ita sollicitus recitare officiū, & illud dimiserit, ei nullatenus proderit cōpositio hmōi, nisi id explanauerit Pontifici, vel Epo cōpetenti, per ea, q̄ latè scripsi *in meo trac. de excep. excep. 17. n. 40.* vbi dixi q̄ peccās sub spe indulgētię ad hoc vt legitime sit absolut⁹ debet hāc qualitatē exprimere.

15 Ampliatꝰ 1. p̄dictus 17. eff. clericatus, vt nec & pp studiū clericus excuseꝰ à recitatione officij, q̄a occupatio studij, vel lectionis nō excusat ab isto præcepto *Arcbid. in c. eleuterius 91. dist. vbi et Turrecre. n. 7. gl. in c. licet 8. q. 1. Card. in clem. 1. in fi. prin. de magist. Bertac. in reper. in ver. clericus studēs, & in ver. clericus nō excusatur S. Raimund. in sum. in tit. de offi. cler. Plou. in trac. de horis canonicis p. 1. q. 6. Rosel. in sum. in ver. horæ canonica, n. 4. Albert. Ferrar. in tract. de horis canonicis, n. 22. Trot. in tract. de profecto clericato, c. 42. Horat. Laicus in trac. de priuil. secularium priuil. 100. Menoc. in tract. de arbitr. in add. ad cas. 429. n. 20. ver. verum à prædictis, vbi n. seq.* respondet iuribus adductis p contraria opin. *Nauarr. in præd. encheirid. de orat. & horis can. c. 11. n. 32.* vbi dicit q̄ me-
16 lius est orare, q̄ studere, vel legere, & quod maledictū est studiū pp quod relinquit diuinū officium, q̄ ampliatio limitatꝰ vbi studium esset oīno necessarium, vt pro liberando aliquem à morte, vel pro fide defendenda, vel pro ea prędicanda, & propaganda *Turrecr. d. nu. 7.*

17 Ampliatꝰ 2. in militib. Hierosolimitanis, q̄ & ipsi tenentꝰ recitare horas canonicas, put alij religiosi *Alc. cōs. 29. n. 6. Meno. cōs. 54. n. 17. lib. 1.*

18 Ampliatꝰ 3. in monacis, ac cæteris religiosis q̄ tenentur dicere quotidie officium iuxta ordinē suæ religionis *Turrecr. in c. 1. n. 13. 91. dist.*

19 Subampliatꝰ hæc ampliatio ēt si religiosi nō essent in sacris constituti *Turrecrem. in loco proximè cit. n. 14. Rosell. in sum. in ver. hora canon. circa prin.* vbi dicit q̄ hæc conclusio procedit ēt si ita pfessus non hēret aliquem ordinem, nec ēt primā tonsuram, quia sufficit, vt sit professus.

20 Limitatur tñ præsens ampliatio in religiosis conuersis alicuius monasterij, q̄ non tenentur dicere horas canonicas, prout in psalterio, sed tātum dicere certas orationes secundum modum sibi taxatum iuxta statuta, & constōnes sui ordinis *Turrecrem. & Rosell. in loc. sup. alleg.*

21 Ampliatur 4. in clericis excōicatis, degradatis, suspensis, vel interdictis, qui pp talem pęnā non excusātur à recitatione officij *Arch. Card. Alexandr. & Turrecrem. n. 4. & cōiter scribentes in c. præsbyterum 28. dist. idē Turrecr. in c. 1. n. 11. & 12. 91. dist. Vital. in clem. graui nu. 18. de celebr. Missar. Rosell. in sum. in ver. horæ canonicæ, nu. 21. & 22. Brun. à Sol. q. 40. n. 4. Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 82. n. 17. Nauar. in comment. de horis can. c. 7. n. 17. & 18. Marian. Soc. iun. in c. sacris, n. 134. &*
22 *seq. de sent. excom.* vbi adducit diuersas rationes p ista ampliatione. Et licet clericus excōicat⁹ suspēsus, interdictus, vel degradatus teneatur recitare officiū, non ppea poterit illud recitare publicè, & cum alijs in Choro; sed dēt illud priuatim, & separatim recitare, *Turrecre. Vital. & Soc. in locis proximè allegatis S. Raimund. in sum. lib. 3. in tit. de præcept. diffin. excomm. §. 42. verſ. ad quartū car. mihi 422. vbi Io. Friburg. in add. in lit. Z, Maiol. in tract. de irregul. lib. 3. c. 21. nu. 10.*

23 Ampliatur 5. in monialibus, quæ sciunt legere *Turrecrem. in c. 1. n. 15. 91. dist.* vbi dicit, q̄ de istis est dicendū, put de religiosis *Nauarr. in d. comment. de orat. & hor. can. c. 21. n. 19.* qui dicit q̄ debent esse professæ tantum *Tolet. lib. 2. Instr. sacerd. c. 12. nu. 7.*

24 Ampliatur 6. in clerico itinerante, vel peregrinante *Card. in clem. 1. §. 1. not. 5. in 4. q. de celebrat. missar. Bertac. in reper. in verb. clericus itinerans, Nauarr. in comment. præd. c. 11. nu. 33.* vbi loquitur de clerico peregrinante ad Vrbem.

25 Ampliatꝰ 7. in eo, q̄ est impeditus p administrādis bonis tēporalibus ecclesiæ; q̄a tale impedimentū non pbat iustā cām excusādi clericū à recitatione horarum, licet excuset, vt illas non teneatꝰ recitare in Choro; sed possit satisfacere in quocumq; loco, vt in domo, in itinere, equitādo, vel peditādo *Arch. in c. psbyter, n. 17. de celebr. Missar. Vital. in clem. graui, nu. 76. eo. tit.*

26 Ampliatꝰ 8. vt nec valeat cōsuetudo in cōtrariū; q̄a talis diceretꝰ potius corruptela, q̄ cōsuetudo, ideo ea non obstāte clericus sēper tenetꝰ recitare officiū, alias cōmittit peccatū mortale, & tenetꝰ ad restōnem fructuū bñficij si quod hēt *Bertac. in reper. in verb. clericus non excusatur.*

27 Est bene verum q̄ si cōsuetudo esset circa modum recitādi officium, vt quia permitteret, & esset obseruatum, vt statim post meridiem possit dici matutinum pro die sequenti, vel quod de sero possit dici prima, vel aliæ horæ pro die sequenti, talis consuetudo fortasse posset sustineri per ea, quæ dixi *supra effect. 1. ampliat. 62. limit. 1. num. 388.* prout puto quod sit valida consuetudo quod sacerdos possit celebra-

re antequā recitauerit matutinum cum laudibus, licet in cōtrariu sint oēs fere antiqui DD. tñ, vt recensiores dñt, non peccant mortaliter sacerdotes celebrantes ante dictu matutinū, at hoc non sine saltim aliqua cā faciendū est, ita *Tolet. d. lib. 2. instrum. sacerd. c. 1. n. 7.* ꝙ cōiter ab oibus modo est recepta opinio modernorum, quod sine labe peccati potest sacerdos celebrare Missam antequam matutinum recitauerit.

28 Ampliatur 9. vt nec etiam propter litem clericus excusetur a recitatione officij *Bertach. in d. verb. clericus non excusatur.*

29 Ampliatur 10. ſm aliquos, vt nec Papa posset statuere ꝙ clerici in sacris constituti non essent obligati quotidie recitare horas canonicas, quia esset disponere, & statuere contra ius diuinum, vt in *Psal. 118. septies in die laudē dixi tibi*, ꝙ est relatum *in c. 1. de celebrat. Missar.* & voluit *Borgas. de irregul. p. 3. concl. 1. nu. 12. car. mihi*

30 44. qui dicit ꝙ licet Papa non posset gñaliter statuendo hoc facere, poterit tñ dispensare cū vno clerico, si non super toto, saltim super tanto, & hoc ex cā, *Io. de Lignan. & Vitalin. in clem. 1. d. celebr. Miss. Turrecrem. in c. eleuterius, nu. 8. 91. d. ſt. Albert. Ferrar. in tract. de horis, can. nu. 9. Cardin. in d. clem. 1. in 6. not. de celebr. Missar. Abb. in c. fi. in 3. col. eod. tit. Fel. in c. fin. nu. 8. de maiorit. & obed. Nauar. in cōment. prædicto c. 11. n. 24. Corrad. in templ. iud. lib. 1. c. 1. de Pontif. Maxi. §. 4. nu. 22. f. 167. Param. in d. tract. lib. 3. q. 1. nu. 44. Menoc. d. add. n. 17. Rosell in summ. in verb. horæ canonicæ,*

31 qui dicit ꝙ de iure diuino clerici tenentur ad septē horas canonicas, sed quò ad determinationem non est de iure diuino, ita vt dicto iure sit determinatū tale officium ita ꝙ talis determinatio est de iure positiuo, ex quo sequitur ꝙ Papa pōt dispensare circa modum, & sic vt dicatur vnum officium ꝓ alio, quod clericus dixit *Alfon. Aluar. in Speculur. Pontif. c. 33. in princ.*

32 *Corrad. d. nu. 22.* Et licet hæc dispensatio possit fieri per Summum Pontificem, non tñ poterit ꝑ Epm *Nauarr. eod. n. 24. Turrecrem. & Arch. in d. c. eleuterius, Menoc. in d. addit. ad cas. 429. n. 18.* Sed cōtraria opinio est verior. s. quod Papa potest dispensare ꝙ clerici in sacris non teneant recitare officium seu horas canonicas *Siluest. in sum. in verb. hora q. 8.* nec ratio primæ opinionis est vera, nā non oia, quæ leguntur in scriptura, sunt de iure diuino, alioquin teneremur pugnare cum Golia, & belijs, vt fecit Dauid, sunt. n. de iure diuino, quæ præcepto morali præcipiunt in scriptura, non aūt ea, q ceremonialia, vel legalia, de qua re vide *D. Th. 1. 2. q. 103.* pōt igitur Papa dispensare quod clerici in sacris non teneant ad recitandū horas canonicas, sed non pōt facere quin teneant. ad regratiādum Deo per aliquid indeterminatum, & voluntarium.

33 Limitatur Primo prædictus 17. effectus in clericis in minoribus constitutis *Abb. i clem. graui, nu. 1. de celebr. Missar. & ibi et Vital. nu. 14. Turrecre. in c. 1. n. 4 dist. 91. Rosell. in sum. in verb. horæ canonicæ, nu. 2. in fin. Corrad. in tēpl. iud. lib. 1. c. 1. de Pontifice Maximo, §. 4. n. 20. car. mihi 167.* vbi dicit, ꝙ hoc est introductū de consuetudine, ꝙ secus est de mente iuris diuini, quo iure ēt constituti in minoribus vñr teneri ad recitationem officij, *Nauar in cōment. de horis cano. c. 7. num. 12.* & vltra prædictos idem quasi sentiunt omnes allegati in ipso effectu.

34 Sublimitatur Primo hæc limitatio secundū aliquos, vt licet clerici in minoribus non teneantur recitare officium diuinum magnum siue salterium, ꝑut in sacris constituti, tenetur nihilominus dicere, & recitare officium B. Virginis Mariæ *Abb. in d. c. 1. n. 6. de celebr. Miss. vbi nu. 7.* dicit ꝙ ex quo hodie consuetudo hoc nō obseruat, ideo illud non recitantes excusantur ab omni peccato quod dixerunt ēt *Turrecrem. in c. 1. nu. 5. 91. dist. & latius, Nauar. d. c. 7. n. 13. & 14.* vbi dicit, ꝙ si extat consuetudo, vt insigniti tantum in minoribus ordinibus recitent prædictum officium B. Virginis, vel aliud, vel aliquod psalmum, tunc tenentur illud recitare, prout constituti in ordinibus sacris.

35 Sublimitatur 2. qñ clericus in minoribus constitutus est beneficiatus, quia is tenetur officium quotidie dicere, ꝑut constituti in sacris *Abb. in c. 1. n. 3. & 4. de celebr. Missar. Turrecr. in c. 1. n. 4. dist. 91. Corrad. in tēpl. iud. lib. 1. c. 1. §. 4. n. 20. car. mihi 167. Vital. in clem. graui, n. 12. de celebr. Miss. Paris. in trac. de cōfid. q. 9. n. 49. Bal. in l. Nesſenius, n. 3. et 1. l. si duas, n. 8. ff. de excus. Marqu. in trac. de celebr. p. 1. c. 3. n. 5. Brun. à Sole q. 40. n. 9.*

36 Primo ampliatur hæc sublimitatio ſm aliquos, vt non solū ꝓcedat in bñficiato, verū ēt in eo, q hēt aliq̄ pensionē, *Gābar. in trac. de offic. legat. lib. 6. nu. 326. cū plurib. seqq.* vbi ad hoc adducit multas rōnes, *Nauar. in cōme. de horis can. c. 21. n. 10.* vbi dicit, ꝙ hoc est expeditū per *Bullā Pij V.* q̄ obligat pēsionarios ad recitādū quotidie officiū B. Mariæ, *& cōs. 22. n. 2. in tit. de celebr. Miss. in 1. to. car. mihi 763. à Sole d. q. 40. n. 12.*

37 Secundo ampliat, vt hoc idē ꝓcedat in clerico bñficiato, cuius bñficij fructus sunt ꝑ Papā alteri reseruati, *Nauar. in cōmen. de horis can. c. 21 n. 12.* q adducit rōnē, q a Papa non reseruat fructus sine consensu bñficiarij, & per consequēs per eum stat, quo minus fructus consequatur, & quia obligatio recitandi, principalius ex titulo beneficij, quam ex preceptione fructuum peruenit, & respondet etiam argumentis allegatis per tenentes opinionem contrariam.

38 Tertio ampliat ēt si is clericus bñficiatus seruiret per substitutū in bñficio *Abb. in c. 1. n. 3. de celebrat. Missar. in sūma in verb. horæ canonicæ, n. 1. & 2. Nauarr. in cōmen. præd. c. 11. n. 32. in fi.* vbi

vbi dicit, quod licet disputãdo possit defendi contraria opinio, non est tñ hoc cõsulendũ, eo quod ei repugnat communis teorica, & praxis quidquid in contrarium tenuerit *Turrecrem. in cap. Eleuterius, num. 11. dist. 91.*

39 Quarto ampliatur etiam si beneficiũ esset tenue, & patui prouentus *gl. fi. in c. 1. de celebr. Miss. & in c. clericus vitã 91. dist. & ibi cõiter scribentes Cardi. in c. clem. 1. de celebr. Miss. Alber. de Ferrarijs in tract. de horis canonicis q. 8. Nauar. in repet. c. quando dist. 1. not. 7. n. 27. & cons. 3. n. 1 in fi. in tit. ne cler. vel mon. in 1. to. car. mihi 780. Turrecr. in c. 1. n. 8. 91. dist. Couarr. in lib. 3. variar. resol. c. 19. n. 8. Siluester in sum. in verb. hora §. 2. ver. secundum Marquat. in tract. de celebr. p. 1. c. 3. n. 7. Brunor. à Sole q. 40. nn. 1. & 11.* qui dicit, quod hæc ampliatio hẽt locum ẽt si bñficium sit ita exiguum, vt inde non percipiat necessaria alimẽ-

40 ta *Zerol. in praxi Episcop. in ver. beneficiũ, §. 4. ver. quartum dubium, & vers. sextum dubium,* vbi dicit idem procedere si beneficium esset penitus sine redditibus, sed solum haberet titulum, *& in ver. horæ canon. §. 2.*

41 Sublimitaẽ tamẽ hæc secunda sublimitatio ita superius ampliata, vt non procedat qñ clericus ad hue te ipsa non possidet beneficiũ, licet ad illum fuerit promotus, vt qa alius reperiẽ intrusus in eo beneficio, & litigaẽ de illius illegitima institutione, & possessione, qa dũ pendet talis lis non teneẽ dicere officium *Nauar. cons. 14. in tit. de celebr. Miss. lib. 3. Menoc. in tract. de arbitr. iud. in add. ad casum 429. nu. 24. Zerol. in verb. beneficia, §. 4. ver. quartum dubium, & ver. octauum dubium,* vbi certo modo distinguit.

42 Sublimitaẽ 2. qñ iã resignauisset beneficiũ, quia statim quod illud in alium transtulit, si alio respectu, vt ordinis, vel voti, non tenebaẽ, erit liberatus ab obligatione recitandi *Nauarr. in commentar. de hor. can. c. 7. & 19. & 30. & in repet. c. accepta, opposit. 5. num. 21. de restit. spol. Paris. in tract. de resign. benefic. lib. 1. q. 9. n. 1. & seq.* vbi adducit rationem pro ista sublimitatione.

43 Et nota quod clericus in minoribus, q rõne beneficij tenet recitare officiũ, si illud nõ recitat non solum dẽt restituere fructus pro ratha per modum vt supra, verũ ẽt peccat mortaliter sicut constitutus in sacris, *Nauar. de horis cano. c. 5. n. 18. Tho. Zerola in praxi Episcop. in verb. beneficia. §. 4. ver. secundum dubium car. mihi 32. & in*

44 *vers. 3. dubium, & in ver. 5. dubium,* dicit quod clericus in minorib. tenetur dicere officium à die collationis nõ possessionis qñ ab illo die incipiunt currere fructus promoto, si vero incipiũt currere à die possessionis ẽt ab illo die tenetur dicere officiũ, ad quod alios allegat, quod tñ intelligo procedere, vt à tali die incipiant currere sex menses, nõ aũt vt statim teneatur recitare officium, iuxta ea, quæ dixit ipsemet *Zerol. in ver. octauum dubiũ,* an autem cleric' ommittens recitationem officij debitã tõne ordinis, & bñficij, peccet duplici malitia, *vid. Sanchez in tract. de matrim. lib. 9. disput. 15. n. 5. & 6. to. 3.*

45 Limitaẽ 2. qñ clericus esset aliqua graui infirmitate oppressus, quia pp eã excusabit à recitatione officij, *e ad audientiam d. c. 1. r non resident: c. clericus victum 91. dist. Turrecr. in c. 1. nu. 2. & in c. Eleuterius etiam n. 2. d. dist. 91. Vital. in clem. graui, n. 74. de celebr. Miss. Cabell. super constit. Egid. lib. 3. c. 18. gl. vnica n. 4. car. mihi 174. Zerol. in praxi episc. in verb. horæ canonicæ §. 7. Brun.*

46 *à Sole d. q. 40. n. 17.* vbi dicit quod clericus tunc excusatur à recitatione officij pp infirmitatem qñ ex ipsa recitatione ipsi infirmo posset succedere graue dãnum, *Nauar. in repet. c. si quãdo de cõsecr. dist. 1. not. 11. n. 1. & in Manual. confess. c. 25. n. 100. Rossell. in summ. in verb. horæ canonicæ, n. 5. Menoc. in add. ad prædictum cas. 429. n. 8. & 9.* qui dicit, quod hęc limitatio procedit quando infirmitas est grauis, non aũt leuis, quæ excusare non solet eum, qui tenetur aliquid facere *Io. Lup. in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor. §. 65. num. 47. cart. mihi 158.*

47 Ampliatur ista limitatio, vt ita infirmus nõ solum non teneaẽ recitare, verum nec audire officium *Rosell. in d. verb. horæ canonicæ, nu. 6. Menoc. in add. prædict. nu. 12. Astius de infirm. p. 2. in verb. horæ canonicæ, n. 6.* q oẽs cõcludũt, q licet hoc nõ sit necessariũ est tñ pium, & laudabile.

29 Sublimitat̃ 2. qñ clericus in minoribus haberet aliquod beneficium eccleſiaſticum, qa clericis beneficiatis eſt interdictum officium aduocationis, ꝓut conſtitutis in ſacris *Turrecr. d. n. 4. Pet. Cened. in collect. iur. Can. p. 1. collect. 39. n. 1. Alciat. conſ. 30. n. 7. to. 1. lib. 2. Henric Bobic in c. clerici n. 9. de poſtl. Cabel. d. nu. 2. Tariſ. in tract. de confid. benefic. q. 9. n. 31.* Quæ ſublimitatio ſublimitatur duobus modis.

30 Primo ſublimitat̃ vbi clericus in minoribus bñficiatus haberet licentiam patrocinandi à ſuo Prælato *Imbria. in tract. de iudice Regni p. vlt.*

31 *n. 45.* Secundo ſublimitat̃ vbi beneficium eſſet tenue, & inſufficiens ad ſubſtentationem *Rodoa. in tract. de ſpol. eccl. q. 2. nu. 24.*

32 Limitatur 11. & vlt. vbi exerceret tale officiũ aduocationis ꝓ perſonis conſanguineis, & cõiunctis *Henric Bobic in c. clerici, n. 9. & 10. de poſtul. Rodoa. d. q. 2. n. 19. Iacob. Benius in trac. de pri-*

33 *uil. iuriſconſ. p. 3. priuil. 71. n. 4.* quam limitationem intelligas de perſonis coniunctis vſq. ad quartum gradũ tantũ, & non vltra *Anch. in l. cẽtia. C. de epiſ. & cler. l. petitionem, C. de aduoc. diuer. iud. Abb. in c. fi. in 2. col. de poſtul. Rodoa. eod. n. 19. vbi in fi.* dicit quod ꝓ coniunctis perſonis poterit clericus allegare, & aduocare contra eccleſiam à qua habuit beneficiũ, qa magis tenetur

netur quis adiuuare cõiunctũ quàm eũ, a quo habuit beneficium, put in simili vidimus in materia feudali, in qua vassallus non tenet iuuare dominũ contra suos coniunctos *Abb. antiq. & Abb. in c. petitio, ver. non tamen placet de iureiur. Asinius in trac. de exequut. §. 9. c. 348. n. 8.*

34 Et licet in pdictis fallentijs clericus non phibeat exercere officium aduocationis, nihilominus nunq̃ permittit in causis criminalibus aduocare ad offensam *Turrecr. in c. 1. nu. 2. 15. q. 2. c. sniam, ne cler. vel monac. Henric Bobic in c. clerici, nu. 2. de postul. Lelius Zanc. de priuil. eccl.* 35 *priu. 53. n. 20.* qđ secus est ad defensam, ex quo tunc clericus in casib⁹ sibi à iure permissis (secundum aliquos) poterit esse aduocat⁹ p reo psequuto ita tenuerunt *Abb. n. 5. & Ancher. n. 7. in c. clerici de postul. Iac. Benius in tract. de priuil. iurisc. p. 3. priuil. 71. n. 5. Lel. Zancus d. priuil. 53.* 36 *n. 26.* vbi dicit qđ tutius est, vt se abstineant ab aduocatione p reo: & quod indistinctè, & nullo casu clericus in cã criminali, tã ad offensam, q̃ ad defensã non possit esse aduocatus, est *tex. in d. c. sententiã, ne cler. vel mon. c. his à quibus 23. q. 5. c. aliquando distinct. vlt. c. 1. dist. 51.* & hoc idem tenuerunt *Goffr. in sum. tit. de postul. nu. 9. Henr. Bobic in c. clericus, n. 6 ne cler. vel mon. & in c. 1. n. 3. & 4. de postul. Sebastia. Medic. in sum. concor. cano. decret. dist. 51. n. 1. Nauar. cons. 2. n. 3. & 4. in tit. de postul. in 1. to. cart. mihi 203. Rodoa. in trac. de spol. eccl. q. 2. n. 26. vers. in causis vero criminalibus, Maria. Soc. iun. in c. ad audientiam, n. 242. de homic. Petr. Cened. in collec. iur. can. p. 1. coll. 39.* 37 *n. 2.* vbi dicit, q̃ posset esse vt reus accusatus, pp culpam, & negligentiam, vel imperitiã ipsius aduocati clerici, deuenitet ad casum vbi condẽnãdus esset pœna sãguinis, & similiter si re⁹ esset nocẽs, posset ex nimijs subtilitatibus aut cauillosis allegationibus sui aduocati iniustè absolui, & per consequens condẽnari ad pœnã talionis, late *Simon Maiol. in trac. de irregul. lib. 2 c. 9. n. 2. 3. & 4.* qui dicit, q̃ clericis est interdicta hæc forensis exercitatio, & rei illicitę operã dare vĩ pp hoc periculum, & si qs vellet tenere opinionem q̃ clerici in casibus sibi permissis possint aduocare ad defensam p Reo in cã cri- 38 minali, eam limitare hẽt vbi veniret imponẽda pœna talionis accusatori, qa tunc cleric⁹ nõ poterit esse aduocatus p Reo accusato, ex quo in consequentiam aduocaret contra accusatorem *Butr. & Imol. in c. 1. n. 3. de postul. Fel. in c. de cætero n. 3. de test. Ancher. ĩ c. clerici, n. 7. de postul. Maiol. d. n. 2.* vbi alios allegat *Cened. d. n. 2.* q dicit, q̃ vbi venit imponenda pœna talionis, aduocatus Rei psequuti fit irregularis, sicut aduocatus psequentis *Alber. Trott. in trac. de per-* 39 *fect. cler. lib. 2. c. 23. n. 3.* Et intelligas, vt tunc demum clericus nõ possit esse aduocatus in causa criminali in casibus sibi aliàs de iure pmissis, qñ pro delicto de quo agit venitet imponẽda pœna sanguinis, secus si veniret imponenda alia pœna, vt est pecuniaria, qa in tali cã criminali clericus poterit esse aduocatus *Henric Bobic in c. clerici, n. 6. de postul.* q dicit, q̃ tunc dicendum est, put in cã ciuili, *Turrecr. in c. 1. n. 6.* 40 *15. q. 2.* vbi dicit, idem esse qñ de cã criminali ageret corã iudice ecclesiastico, quia rõ cur clerici non pñt esse aduocati in cã criminali, est ne incurrant irregularitatẽ, put incurrerent si in ea aduocarent ex sola aduocatione *Anch. in c. sniam, n. 5. ne cler. vel monac. Soc. in c. ad audientiam, n. 138. de homic. Nauarr. cons. 2. nu. 2. in tit. de postul. in 1. to. car. mihi 203. Cened. in collect. iur. canon. p. 1. collect. 39. n. 2. circa medium Sim. Maiol. in tract. de irregul. lib. 2. c. 9. n. 2. & seq. Paris. in trac. de confid. q. 9. n. 39.* vbi alios citat, q̃ irregularitas non incurritur vbi veniret imponenda pęna mitior quam sanguinis.

41 Nec est prętermittendum dicere q̃ clericus in casibus sibi de iure permissis exercens aduocationem poterit licite exigere salarium competens præter in causis miserabilium personarũ *Abb. in c. 1. n. 2. vers. nunqd de postuland. & in c. 1. n. 5. ne cler. vel mon. Corsett. in repert. ad eũdẽ Abb. in verb. clericus in casibus, Turrecr. in c. 1. n. 7. 15. q. 2.* vbi dicit, q̃ ita seruatur de consuetudine *Tiraq. in tract. de nobil. c. 29. n. 30. in fi. Iac. Benius in trac. de priuil. iurisc. p. 3. priu. 73. n. 10. Spec. in tit. de salar. §. sequitur, n. 20. Rodoa. d. q. 2. n. 21. 22. 23.* qui dicit, q̃ iuribus disponentibus q̃ non pñt aliqđ exigere, est derogatum per contrariam cõsuetudinem, qa nemo militat pprijs stipẽdijs & adducit alias fortissimas rõnes *Lel. Zanc. in trac. de priuil. eccl. priuil. 53. n. 27. & seq.* vbi vltra q̃ asserit, q̃ ita de consuetudine hodie seruatur dicit ẽt q̃ iura, q̃ vident disponere contrariũ, sunt intelligẽda, qñ clericus esset aduocatus in causis spiritualibus, secus in temporalibus, vel quod debeant intelligi in religiosis, circa quos religiosos dico qđ non solum nõ pñt esse aduo- 42 cati in casibus in qbus non pñt esse aduocati clerici, verũ ẽt in casibus, in qbus clericis hoc permittit, & eis tãtũ est permissum, si hæc duo interueniant, videlicet vtilitas monasterij, & mãdatum Abbatis, vel guardiani *Abb. in c. ex parte de postuland. Rodoa. d. q. 2. n. 27.* qui dicit, q̃ vna pdictarum qualitatum deficiente non poterit religiosus aduocare, quod dixit ẽt *Henric Bobic in c. 1. n. 11. de postul.* q addit q̃ nec pro psonis coniunctis, nec pro miserabilibus poterit aduocare altero ipsorũ deficiẽte, & n. 15. dicit, qđ nec eos excusatet contraria cõsuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non debent esse lusores, & peccant ludendo, n. 9. & 12. & de pœnis contra eos, n. 13. 17. 18. & 19.*

19.lim.nu.25.26.27.& 28.& in quibus casib. etiam permissis non liceat, num. 29.30.31.32. 33.35.37.38.40.& 41.

2 *Ludus est detestabilis ex se, n.3.4.7.10.11.& 12.*

5 *Lusor præsumitur dilapidare bona sua.*

6 *Lusor repellitur a testimonio.*

7 *Actio furti non competit domino domus, quando furtũ fuit commissum tempore quo luditur in domo.*

13 *Pœna clericorũ ludentiũ est ꝙ non possunt obtinere beneficia ecclesiastica, & non moniti, n.14. & 15.*

16 *Clericus publicus aleator ammittit beneficium.*

20 *Pœna clericorum ludentium est extraordinaria arbitrio iudicis.*

21 *Clerici non solũ non possunt ludere, verũ etiã nec assistere in loco vbi luditur, nec habere partẽ, nu. 24.*

22 *Regulares non possunt ludere nec assistere vbi luditur sicut clerici.*

23 *Mala multa deueniunt ex ludo.*

34 *Beneficiatus si luderet de facto, an id quod lucratur teneatur restituere.*

36 *Loci ratione prohibetur id, ꝙ alias esset permissum.*

39 *Ludere non licet non solum clericis, nec etiam laicis in diebus festiuis.*

42 *Episcopus nunquam debet ludere.*

43 *Monitio an sit necessaria clerico ludenti, vt incurrat in pœnam.*

44 *Clericus an teneatur restituere id, qđ lucratur ĩ ludo*

VIGESIMVS SECVNDVS EFFECTVS.

1 Vigesimus secundus effectus clericatus est, vt clerici debeant oĩno esse alieni à ludis *Concil. Trid. sess. 22. c. 1. tit. de reform. taxillorum, ac alearum, c. pen. de vit. & honest. cler. c. Epus 35. dist. & ibi glos. & Docto. c. inter dilectos de excess. Prælat. Abb. in c. vt clerici, n. 4. de vit & honest. cler. Bart. in §. interdicimus, n. 3. in Auth. de sanctiss. Epis. Silvest. in sum. in ver. ludus, n. 2. Th. Actius ĩ trac. de lud. scaccorum q. 9. n. 1.* q adducit rõnes, ob quas clericis interdicit ludus ꝑut eas adducit ẽt *S. Raimũd. in sum. lib. 2. in tit. de negot. secul. §. 11. in princ. fol. 254. Paul. Fusc. ĩ suis singul. in lit. C. n. 116. Caguol. in l. singularia, n. 142. ff si cert. pet. Iac. Gras. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 8. n. 8. & 10.* q dicit, ꝙ nõ pñt ludere ẽt ludis, q alijs essent honesti *Farin. q. 109. n. 92.* vbi dicit, quòd hoc est interdictũ clericis de præcepto non añt de consilio, ꝑ aliq voluerunt *Ignat. Lopez in add. ad pract. Diaz c. 70. in lit. A, Armill. in sum. in verb. ludus, n. 2. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 11. n. 1. & 2. Capr. reg. 86. n. 36. Aneher. in d. c. clerici, nu. 4. de vit. & honest.*

2 *cler.* & huius effectus põt esse rõ, qa ludus ex se est detestabilis pp plura, & infinita mala, quæ inde ꝑueniunt, & ideo hoc attendens *Hierem. Profet. c. 15.* dixit *Non Sedi cum Consilio Ludentiũ, & Tobias c. 5. Nunquã cũ Ludentibus memiscui, & Chrisostom. super genesi. Non dat Deus ludere, sed*

3 *diabolus*, in tantũ quòd venit appellatione criminis, *§. illud vero in prohem. ff. ibi, ludos exercere, & alia crimina vbi Bart. n. 1. Paris. de Put. in trac. de synd. in verb. inquisitio, c. 1. n. 12. Marq. d. nu. 2.*

4 *& seq.* vbi dicit, quòd fuit inuentus à diabolo tãquã esca oĩum malorum, *c. deniq. 4. dist.* & ꝙ est cã ammissiõis tẽporis, blaspemię, furti, falsitatis, homicidij, depaupertationis, & ꝓpriorũ vestimẽtorũ expolitatiõis, iuxta illud Horatij.

Quem dãnosam Venus quẽ præceps alea nudat.

5 Intãtum ꝙ lusor ꝑsumit dilapidare sua bona, & male vti substantia sua, vt dicit *Bal. in Auth. quod locum, circa finem, C. de collat.* & quod lusor

6 ducat malã vitã, & propterea repellat à testimonio dixit *Roland. à Valle cons. 63. n. 18. vol. 2. & Hostiens. in sum. tit. de excess. Prælat.* dixit qd lu-

7 sor in ludẽdo dr̃ agere turpem vitã, imò in tãtum iura detestant ludos ꝑdictos, vt imponãt pœnam confiscationis domus, in qua ludit, vt habet in *d. Auth. alearum vsus*, & sic tpe quo lu-

8 dit committit furtum in ipsa domo ꝑ quemcunq; minime domino competeret actio furti, *l. 1. §. prætor ait, ff. de aleator. & Card. Zabar. in clemen. 1. in ver. sed, & tales in fi. de vit. & honest. cler.* prout eum refert *Marquat. à Susann. in tract.*

9 *de celibat. q. 1. in 6. p. 3.* q dicit, quòd clerici ludentes peccant octo rõnibus, quas ibi recẽset, & quod ludus sit perniciosus in Republica, &

10 oĩno detestãdus, dixit *Couar. in c. peccatum p. 2. §. 4. & est tex. in l. fi. & ibi DD. C. de relig. & sũpt. funer.* Et multa contra ludum, & ludentes scri-

11 bunt *Alber. in l. 1. §. idem notãdum, ff. de aleæ vsu, & aleator. Addent. ad eũd. Alber. in d. l. 1. §. fi. in lit. A, DD. in c. clerici, il 2. de vit. & honest. cler.* cũ multis alijs, quos latè congerit *Farin. q. 109. n. 2.* Qui oẽs cum loquanẽ in laicis, quanto ma-

12 gis eorũ dicta ꝓcedere habent in clericis, qui ludendo magis peccant, q̃ laici *Stefa. Cost. in tract. de lud. art. 1. §. 1. n. 6. & seq. in 2. & 3. concl. Diaz in pract. cri. cano. c. 70. alias 64. in verb. aliatores post nu. 2. & ibi Ign. Lopez in add. in lit. A, pract. Corrad. in tit. de lusor. nu. 1. vers. subijcere etiã possumus, Summa Armill. in verb. ludus num. 1. & seq.* quos omnes refert, & sequitur *Farin. d. q. 9. n. 4. & 5.* vbi etiam alios allegat.

13 Clerici vero lusores diuersis pœnis plectunẽ, quarum Prima est, vt nõ possint obtinere beneficia ecclesiastica, in tantum ꝙ si illis conferant, collatio erit nulla, *c. 1. 34 dist. DD. in c. inter dilectos de exceß. Prælat. Molin. in tract. de contract. disp. 521. n. 6. Menoc. in trac. de arbi. iud. cas. 399. n. 3. Abb. in c. inter dilectos, n. 6. de exceß. Prælat. Bonifat. de Vital. in tract. de malef. in tit. de ludo azardi, & alearum, n. 9. post tract. Angel. de malef. car. mihi 459. Pet. de Greg. Tholos. in cõmẽt. decret. in explicat. de elect. c. 9. n. 22. Ant. a Sola super decret. Subaudiæ, lib. 3. in gl. in ver. ludus n. 5. car. mihi 182. Lambert. in trac. de iure patro. lib. 3. art. 9. q. 2.*

q.2.princ.nu.10.D.Flam.Parif.in tract. de resign. benefic.lib.4.q.3.nu.65.Marquat. in tract. de celibat.par.3.q.11.nu.7. vbi dicit, q hanc pœnam
14 incurrit etiam si non fuerit monitus,vt à ludo desistat,& licet non possit beneficium obtinere clericus lusor,non tñ priuabitur ab obtento Molin.& Menoc.in locis proximè citatis,nisi postquã fuerit ter monitus, & ipsis monitionibus
15 non obstantibus ludere, qa tunc ẽt posset priuari beneficio prius iã obtento Abb.in c.vt clerici n.11.de vit. & honest.cler.& in c. inter dilectos de excess.Prælat. Molin. d.disp.521.nu.6.Graff. in
16 dec. aur. lib.3.c.8.nu.8. Nec est ommittendum dicere qđ si clericus est publicus aleator, tunc collatio beneficij ei facta erit ipso iure nulla,si vero est occultus erit irritanda D.Paris. d.q.3. n.66.& 67. Secunda pęna de iure ciuili intro-
17 ducta, quo iure clericus lusor, aut ludi inspector per trienniũ est detrudendus in monasteriũ, & per eũdem tẽpus à diuinis suspenditur, & si penituit poterit tñ ante triennium ad pristinum statum restitui Auth. interdicimus,& ibi gl.1.& cõiter Scribẽtes,C.de episc.& cler.Caccialup. in tract. de lud.nu.61.Diaz.in pract.Capic.70.n.5. vbi Ignat.Lopez in add.in lit.C,glo.in c.clerici,il 2. in verb. ad alias de vit.& honest.cler.vbi ẽt Butri. nu.13.Menoc.in tract.de arbitr.cas.399.nu.3. Molin.in tract.de contr.disp.512.nu.7.Farin. in tract. crim.q.109.nu.93.& 94. vbi cum Menoch.loc.cit.
18 dicit q hæc pęna non est approbata de iure canonico. Tertia pęna clerici ludentis est, vt incidat in peccatũ mortale secundum Hugonẽ in c.Epus 35.dist.quẽ refert,& sequit Iac. de Graff. in dec.aur.p.2.lib.3.c.8.nu.9.Molin.d.disput.521. n.6. q dicit, q tali pęna non sunt condẽnandi clerici, q sine aliorum scandalo recitationis cã cartis ludunt modicas quantitates, & conditione,ac illorũ statu cõsideratis, eorũq; redditibus,ac bonis,non dedeceat, Nauar.in manual.c.19.n.9.S.Raimũd.in sum.lib.2.in tit. de neg. secul.§.11.in princ.cart. mihi 254. Quarta pęna
19 clericorũ ludentiũ est,(& hęc pęna est imposita de iure canonico,) vt Epus præsbyter, vel Diaconus in ludo alearũ perseuerantes deponanẽ,Subdiaconi, ac cæteris ordinibus minoribus insigniti sunt excõicandi c.Epus, & quod ibi not.Prapos.Alex.35.dist. Zabbarel. in clem.2. §.sed,& tales nu.10.de vit.& honest.cler.Paris. de Pat.in tract.de ludo,n.94.Diaz.d.c.70.nu.2.vers. si aũt monitus Syluest.in summ.in ver.ludus nu.10. quos oẽs refert,& sequitur Farin.d.q.109.nu.9. & vltra eos idẽ dixerunt Io.de Amic.cons.127. nu.21.Marquat.de Susan.in tract.de libat.p.3.q.11. nu.7. qui oẽs pęnæ sunt confirmatæ per Sacrum Concil.Trid.vt habetur in c.1.in fi.sess.22.de refor. & sess.24.c.2.ẽt in fi.de reform. Sed hodie verior
20 opinio, & magis practicabilis est, vt pęna clerici ludentes sit pœna extraordinaria, arbitrio iudicis imponenda Diaz in pract.crim.c.70.nu. 2.vers.ego vero, vbi ponit, ex quibus iudex in imponenda ista pœna debeat moueri ad temperandam, vel augendam pœnam ipsam, & ibidem Ignat.Lopez in lit. C, Menoch. in tract. de
21 arbitr.iud.cas.399.in fin. Farin.q 109.nu.97.

Ampliatur 1. iste effectus, vt in tm̃ sit verũ quod clerici ludentes non pñt excusari contraria consuetudine,qa talis consuetudo est damnara,& diceretur potius corruptela, c.inter dilectos,& ibi scribent.de excess.Prælat.Abb.in c.clerici de vit.& honest.cler.Aufrer.in addit.de appel. Tholos.dec.192.Thom.Vzit.in trac.de lud.scaccor. in 4.qõ. princip.nu.16.& in tract. de infirm.lib.2. in verb.alearum ludus,Capr. reg.86.nu.37.

22 Ampliat 2.vt clerici non solũ non possint ludere, verũ ẽt nec assistere, & cõmorare in loco vbi luditur Marian.Soc.in d.c.inter dilectos,n.11. Capr.reg.præd.nu.36.Graf.in dec.aur.p.2.lib.3.c. 8.n.10.Marquat.in tract.de celibat.c.11.n.3.p.3.

23 Ampliat 3.vt præsens effectus multo magis pcedat,& habeat locum in oĩbus religiosis,ac regularibus,q nõ possũt ludere,ẽt ludo alias licito,& honesto clericis, nec eũ alijs, nec inter se; qa cũ sint mortui quo ad mundũ, & dẽant stare in monasterio soli, & tristes, iuxta text. in c.placuit,il 2.16.q.1.& in l.Deo nobis,C.de episco. & cler. non debent se ludis immiscere,ex qbus vt plurimũ deueniunt multa mala, ita Henric. Bohic in c.clerici,il 2.n.6.de vit.& honest.cler.Prepos.in c.Episcopus ẽt nu.6.ver.ex qualitate personarũ,c.35.Stefan.Cost. in tract.de ludo, nu.14.& 15. vers.rõ differẽtię in secundo articulo,Troil. Macuzan.in tract.de fort.p.2.n.18.vers.aut loquimur de religiosis.Ignat.Lopez.in add.ad prac.Diaz c.70.in lit.A,corrad.in rub. de lusoribus, nu.2.vers. multo magis in monacis,& nu.19.summ. Ang.in verb.ludus,nu.2.ver.tertio prohibetur rõne persona, Syluest. ẽt in summa in eod.ver.ludus,nu.2. vers. quarto est aliquando,Vin.in com.opin.opi.467.nu.3.ver.tertia circunstantia,Farin. in q.crim.q.109.nu.98.

24 Ampliat 4.vt clerici non solũ non pñt ludere,verum ẽt nec cũ ludentibus habere partem, quod apud Neapolitanos,& Siculos dr̃ facere vaccam Capr.reg.86.nu.37.alleg.tex. in c.clerici, il 2.de vit.& honest.cler. & in Auth. interdicimus de sanctiss.Epis.& ratio est vulgata,quia qui per aliũ facit,per seipsum facere vr̃, l. qui per aliũ de regul.iur.c.1.de sent.excomm. Henric Bohic in c.qd non nullis,nu.3.de priuil.& excess. priuil. Dec.cons. 463.nu.3.Et ratio auaritiæ,& cupiditatis,quæ præsumitur, & viget in ludente, militat, & viget etiam in eo,qui ponit ad partem,& vbi militat eadem ratio,idem ius militare habet,l.illud,ff.ad l.Aquil.l.a Titio,ff.de verb.oblig.l.fin.C. de const.pecun.Nicol. Euerard.cons.31.nu.13.Cristof.Torniol.cons.6.nu.129.& cons.52.nu.6.

25 Limitatur modo prædictus 22. clericatus

effectus, per quem clerici prohibentur ludere, vt non pcedat qñ clericus luderet in conuiuio cã vescendi, vtputa ꝙ ex pecunia lucrata is, qui lucratus fuerit, teneat emere aliquid p edendo cõiter, *l. quod in conuiuio, & ibi glos. ff. de aliat.* sed qđ ludere pro cã prædicta clericis non permittatur, quia clericis est interdictũ celebrare conuiuia, dixerunt *Iac. de Graff. in dec. in aur. p. 2 lib. 3. c. 8. n. 8. ver. sed aduerte, Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 11. in vltimis verbis*, q dicit quod licet hoc sit permissum laicis, attñ clericis prohibetur, ego tñ distinguendum puto, aut id qđ ludit clericus est in parua quantitate, & tunc qa cessat oĩs præsũptio auaritiæ, pcedit prima opinio, aut vero est in magna quantitate, & procedit secunda ꝙ primum caput distinctionis limitarem qñ illam paruam quantitatem clericus sæpius, & assidue luderet, ita vt fieret consuetudo, per ea, quæ scribit *S. Raimund. in sum. in d. tit. de regul. secul. §. 11. in vltimis verbis.*

26 Limitatur 2. vbi luderet gratis absq; pecunia, vel in tam minima summa, quæ reputetur nihil, quia tunc cessat ratio ob quam clericis interdicitur ludus *glos. in cap. inter dilectos de excess. Prælat. Capr. reg. 86. nu. 41.*

27 Limitatur 3. vbi clericus luderet cã recreationis, & sine alterius scandalo, & aliqñ non sẽper, vt est certis temporibus, vt puta tẽpore carnispriuij, vel cùm essent in villa, & luderent in modica quantitate, quæ conditionẽ, ac statũ ludentis inspectis eius bonis non dedeceret *Nauarr. in manual. c. 19. n. 9. Capr. reg. 86. nu. 40. Tho. Actius in tract. de infirm. p. 2. in verb. aleatum ludus, nu. 2. Molin. tract. de contract. disp. 521. nu. 6. vers. cæterum Fla. Paris. in tract. de resignat. benefi. lib. 4. q. 3. n. 68. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 11. nu. 9. Paris. de Put. in tract. de ludo, nu. 12. Caccialup. in eod. tract. nu: 17. Stefan. Cost. in ipsomet tract. nu. 15. in 2. art. Farin. d. q. 109. nu. 104.* vbi alios allegat, & est versus (*Interpone tuis interdum gaudia curis,*) ad quod bene conferunt dicta per *Arist. in 4. Ethicor.* dum ponit quãdam virtutem quã ipse nomine græco vacat, *eutrapeliã* quæ est, vt quis non debeat esse ita durus, & inciuilis, vt omni tempore, & oẽni ludũ fugiat, *& Marc. Tullius in 1. officior.* circa hoc dixit ꝙ debent vti in ludis honestis sicut somno, & quiete, postea qnã grauioribus curis, & negotijs iã sit satisfactũ, qa sicut corp⁹ defessum, & lapsum pp labores corporales indiget refectione, ita pariter aĩus agitatus, & oppressus cogitationibus, & curis, ac speculationibus, debet aliqua exhalatione, & refocillatione frui.

28 Limitatur 4. ubi ludus ex se esset licitus, & permissus, vt puta in ludo scaccorũ, quia in eo clerici ludere nõ prohibẽtur *Farin. d. q. 109. nu. 114.* & vltra ibi allegatos idẽ dixerunt *Clar. in §. ludus, n. 3. Abb. in c. decorẽ de vit. & hon. cler. & in c. vt clerici, n. 4. eod. tit. Moscon. in tract. de maest. milit. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. ludus autẽ cart. mihi 410. Bar. in §. interdicimus, n. 3. ĩ Auth. de sanctis. Episc. Sal. in Auth. interdicimus, n. 2. C. de episc. & cler. Ang. in tract. de malef. in verb. mettitore di mali dadi, n. 3. car. mihi 147. Capr. d. reg. 86. n. 10.*

29 Sed prędictæ limitationes non ita passim, & indistinctè sunt veræ, sed sunt intelligendæ cũ grano salis, & cũ certo tẽperamento, & regula, ac cũ certis sublimitationibus, quarum Prima est, qñ adesset auaritia, qa tunc nunq̃ esset permissum clericis ludere *DD. ĩ c. Episcopis 35. dist. Ang. in trac. de malefi. in verb. mettitore di mali dadi, nu. 3. car. mihi 147. Capr. d. reg. 96. n. 18. & seq.*

30 vbi ponit an tunc teneat ad restõnem. Secunda sublimitatio est, qñ in casib⁹ alias sibi permissis luderet cũ eo, qui non hr̃et rerũ suarum liberam administrationem, vt cũ monaco, vel minore, vel furioso, vel filiofamilias, vel simili *Io. Andr. in c. clerici de vit. & honest. cler. vbi Henric Bobic nu. 6. & 13. Capr. reg. præd. nu. 15.* vbi vl-

31 terius dicit ꝙ is, qui lucrat ã pdictis, & similibus personis, tenet ad restõnem, quod ẽr dixerunt *Siluester in sum. in vers. ludus, n. 11. de Graff. in dec. aur. lib. 2. c. 122. nu. 4. Henr. Bobic in c. inter dilectos, n. 7. de excessib. Prælat. Io. Paul. Fusc. in lit. A, n. 7. Molin. de cõtractibus disp. 513. n. 1. & disp. 516. Gutter. de contractibus iur. c. 53. nu. 1. p. 1.*

32 Tertio sublimitantur prędictæ limitationes qñ luderent de bonis ecclesiæ *Imol. in d. c. clerici de vit. & hone. cleric. Capr. reg. præd. nu. 16.* qui dicit ꝙ hæc sublimitatio procedit qñ luderet in magna quantitate, quia clericus beneficiatus dr̃ potius administrator q̃ dñus, *c. 2. de donat. c. nulli, & c. si quis, de rebus eccl. non alien. D. Flam. Paris. in tract. de confiden. benef. q. 35. nu. 39. Gigans cons. 24. latè Ferrett. cons. 256. latissimè Card. Tusch. in suis concl. conclus. 79. in verb. beneficiatus per tot.* ideo tanquam administrator non debet ludendo bona ecclesiæ dissipare, prout si esset dominus; est beneuerum quòd licet cle-

34 ricus beneficiatus non possit immoderatè, & vltra congruam mensuram ludere de bonis ecclesię, attamen si de facto hoc faceret, is qui lucratur non tenetur ad restitutionem *Capr. d. regul. 96. nu. 17. Molin. disputat. 52. & per tot.*

35 Quarto sublimitantur quando luderet in ecclesia, nam ratione loci fit prohibitum id quod aliàs ex se esset permissum *Capr. ead. regul. nu. 24.* qui allegat in argumen. *tex. in c. dicerent de vit. & honest. cler. & in c. decet de immun. eccl.*

36 & quod ratione loci quid prohibetur quod alias esset permissum *Authen. vt liceat matri, & auia, §. si vero l. quod ait ff. de adulter. faciunt dicta per Vgolin. de interdict. tab. 5. §. 7. fol. 735.* sicur etiam ratione loci pœna duplicatur *Bald. in l. cum à nullis, C. de incept. nupt. Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 60. nu. 75. Caball. resolut. crim. cas. 18. nu. 8.*

Quin-

37 Quinto sublimitantur qñ luderent in publico,& coram oĩbus hominibus *Capr. vbi supra nu.25.Troil.Maluet.in tract.de sortibus p.2.nu.27.Corrad. in pract. in tit.de lusor.nu.18. circa fin. sũ. Angel.in verb.ludus,n.2.nerf. quarto phibetur, Viui.in com.opi.opi.467.n.3. Farin.q.109.n.99.*

38 Sexto sublimitantur oẽs prædictæ limitationes, qñ propter ludum, qui aliàs esset permissus, prætermitterentur diuina officia, nec diuino cultui incumberet,pront est obligatus *Capra ead.regul.86.nu.27.*

39 Septimo sublimitantur ratione temporis, vt si luderent in diebus festiuis, vel quadragesimę,in quibus non solum clerici,sed etiã laici debent esse sanctiores, & omninò diuinis vacare,*l.fi.C.de ferijs,Capr.vbi sup.nu.28.*& ꝓ hoc hoc facit q̃ dicam *infra eff.34.n.16.*vbi ponam q̃ licet alias clerico sit permissa venatio,& piscatio, attamen tempore quadragesimæ, & in diebus festiuis omninò prohibetur.

40 Octauo sublimitantur, vt non possint ludere cũ mulieribus,& pręcipuè si essent iuuenes, ex quibus possit oriri aliquod scãdalum *Capr. d. reg.96.nn.30.Farina.d.q.509.nu.101.Viui. d. com.opin.opp.467.nn.3.ver.quinta cirennstantia.*

41 Nono sublimitantur vb uderent cum laicis,ex quibus possit oriri scandalum *Tho.Act. in tract.de ludo scaceorum in 9.quæst. princ.nu.11. Marian.Soc.iun. in c.continebatur, nu.5. de homic. Henric.Bobic in c.clerici de vit.& hone.cler.Graff. in dec.aur. p.2. lib.3.c.8.nu.11.& 12.* vbi dicit, q̃ hæc conclusio probatur *gl.in d.c.continebatur Farin.* qui multos allegat *d.q.109.nu.100.* vbi dicit, quòd nullo modo clerici possunt ludere cum laicis.

42 Decimo,& vltimo sublimitantur in Episcopis,qui nunquam debent ludere *Th.Act. d.q. 9.nn.12.* Et temporibus nostris non nulli clerici ita assiduè ludis vacant,quòd in illis bona tàm propria, quàm ecclesiastica dissipant, & tempus,quod debent honestioribus operibus applicare, pessimè conterunt, diuina prætermittunt,ecclesias negligunt, & multa alia scãdala laicis præbent, ita vt non solum possint dici lusores,verum etiam ludentium duces, & magistri, ac ludorum sustentatores.

43 Quæro modo, vt ad rem meam reuertatur, an sit necessaria aliqua monitio ad hoc, vt clericus incurrat pęnas impositas contra clericos ludentes? circa hanc qõnem vide quæ latè ferũt bunt *Farin.d.q.109.nu.96.& Franc.Monald.cõs. 137.nu.7.lib.2.* qui distinguunt,aut est publicus lusor,& non est necessaria aliqua monitio, aut non est publicus, & tunc requiritur, & si post monitionem obtulerit se paratũ ad emendam,nullam incurrit pœnam, qui duo alios concordantes allegant.

44 Quæro secundo, an clericus teneatur restituere id, quod lucratus est in ludo sibi interdicto, & dico quod sic *c.clerici vbi hoc not. omnes Scribent.de vit.& honest.cler.& in c.inter dilectos de excess.Prælat.Paris.in tract.de ludo,n.27.Capic. in eod.tract.n.38.Menoc.de arb.iud.cas.399.n.27.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt capi pro represalijs.*
2 *Represaliæ non possunt fieri contra clericos, aut religiosos etiam minores.*
3 *Iudex ecclesiasticus potest procedere contra capientes clericos pro represalijs.*
4 *Doctores qui tractant materiam represaliarum, vide remissiuè.*

VIGESIMVSTERTIVS EFFECTVS.

1 Vigesimus tertius effect.est, vt clerici non possint capi pro repræsalijs, *c. & si pignorationes de iniurijs, & damn. dat.in 6.Auth.statuimus,C.de episc.& cler.c.1.de cler.coniugat.c.2. de foro compet.Io.Iacob.Canib.in tract.de repræsal.Port.nu.1.in 12.to. tract.diuers.car.mihi 278.Bart.in tract.de represal. in 7.q.nu.6.& 7.in tract.de process.exequut.p.2.c. 3.nu.151.Matth.Brun.in tract.de cession.bonor. in 3.quæst.princip.nu.3. Gaetan. in summula in verb. excommunicatio, cap.32. Bertach. in suo repert. in verb. clerici pro represalijs.*

2 Ampliatur primo hæc conclusio, vt procedat in quibuscumq; religiosis, ac tàm in minoribus, q̃ maioribus ordinibus constitutis *Io.Iac.à Canibus d.p.2.nu.2.cũ pluribus sequentib.* vbi enumerat omnes,qui ratione clericalis dignitatis non possunt capi pro represalijs.

3 Ampliatur 2.vt contra illos,qui clericos capiunt pro represalijs iudex ecclesiasticus procedere possit eos puniendo *Anfrer.in tractat. de potest.iud.ecclesi.super laicis,n.43.vers.octuagesimo sexto in 13.tom.tract.diuers.p.1.car. mihi 129.*

4 Cæterum de materia represaliorum vltra *Bart.& Io.Iac.à Canibus*,qui de hoc faciunt peculiares tractatus vide *Menoch.in tract.de arbitr. cent. 6.cas.527. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus cum litigat tenetur iurare de calumnia.*
2 *Clericus nõ tenetur iurare de calũnia,sed de ueritate.*

VIGESIMVSQVARTVS EFFECTVS.

1 Vigesimus quartus effectus clericatus est, vt licet laicus cũ litigat teneatur iurare de calũnia *tot. tit. ff. & C. de iura.calum.* hoc tñ non hẽt locũ in
2 clericis, qui non tenentur tale iurm̃ præstare, sed solum iurm̃ de veritate dicenda vt *in c.1.&* quod

quod ibi not. DD. de iuram. calum. Arnon. comment. 95. Albert. Galeott. in Margarita iur. c. 15. nu. 10. Lel. Zanc. in trac de priuil. eccl. priuil. 92. n. 2. & per tot. Spec. in tit. de iuram. calum. §. restat, nu. 7. Ant. Scap. in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 15. nu. 4. quidquid in contrariũ tenuerit *Ant. del Re in suo tract. de iuram. calum c. 15. nu. 308.* cuius opinio posset esse vera attẽta dispositione iuris ciuilis, sed de iure canonico opinio contraria est vera, & ẽt est tutior, qa in iudicijs facillimè peieratur pp affectionem vincendi, *l. in rõne, §. quidam, ff. ad l. Falc.* & clerici ex periurio deponuntur, vt dicam *in meo tract. de effect. periurij,* ideo ne se exponant periculo, arceantur quantum potest à iurando, & habita pro vera hac opinione, qđ clerici non tenẽtur iurare de calumnia, sequit̃ vt non sit opus tractare, an teneantur iurare per se, vel per alium, & quid qñ agunt pro bonis ecclesię, & qñ pro proprijs, de quibus, & similib. qõnibus longa serie loquitur *Ant. del Re. d. c. 15. nu. 109. cum plur. seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt peregrinari, neq; discedere absque licentia suorum Prælatorum maximè beneficiati, nu. 2. & an causa vtilitatis, nu. 3. & quid causa studij, nu. 5. limita nu. 6.*

4 *Clerici non possunt emittere votum peregrinationis absq; licentia sui Prælati.*

VIGESIMVSQVINTVS EFFECTVS.

1 Vigesimusquintus effectus clericatus est, vt clerici nõ possint peregrinari, neq; ab eorum diœcesi discedere absque licentia suorum Prælatorũ ẽt si vellent discedere causa deuotionis, *c. non oportet de consecrat. distinct. 5. Capr. in trac. de prærogat. nu. 25. qui tract. est positus post reg. 53. Lel. Zanc. in tract. de priuil. eccl. priu. 72. nu. 9. Borgos. in tract. de irregul. p. 5. in tit. de peregrinis, & ignotis, nu. 5. car. mihi 131.*

2 Ampliatur primo hic effectus, vt non solum procedat in clericis simplicibus, verũ ẽt multo magis in Bñficiatis, & Episcopis, qui non possunt peregrinari sine licentia Summi Pontificis not. *in c. magnæ de voto, & in cap. licet de regul. Borgas. in trac. de irreg. p. 6. in tit. de voto, n. 56. car. mihi 189. Zanc. in trac. de priuil. eccl. priu. 72. nu. 9.*

3 Ampliatur 2. vt nec ẽt causa vtilitatis possint peregrinari, quia hoc facere non possunt absque licentia sui Prælati, vel Papæ *Authen. de sanctiss. Episc. §. interdicimus Zanc. d. num. 9.*

4 Ampliatur 3. vt non solum non possint peregrinari, verum ẽt nec facere votum peregrinationis absq; licentia sui Prælati, *c. non oportet de consecr. dist. 5. d. c. magnæ, §. verum Alfons. Aluar. in Specul. iur. Pontif. c. 64. circa princ. vers. sed quodlibet votum car. mihi 314.*

5 Ampliatur 4. vt nec etiam causa studij liceat clericis peregrinari, *c. relatum de cler. non residen. Borgas. in tract. de irregul. lib. 5. in tit. de peregrin. & ignotis, nu. 5. cart. mihi 131.*

6 Limitatur modo prædictus 25. effectus vbi clericus peregrinaretur pro appellatione ꝓsequenda, vel pro euitanda aliqua oppressione, qa tunc poterit accedere ad Papã, non aũt ad aliũ superiorem, ẽt eorum Prelato inuito, *c. oẽs oppressi. 2. q. 6. Lel. Zanc. in tract. de priu. eccl. c. 72. nu. 9.* vbi dicit ꝙ isto casu de honestate debet petere licentiam, & est aduertendum ꝙ impedientes ne quis accedat ad Romanam Curiã pro quibusuis negotijs prosequendis, sunt excommunicati per Bullam in Cena Domini, vt habetur in eadem Bulla circa medium.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in eius domo nõ possunt retinere mulieres maximè suspectas, nec cum monialibus cõuersari, nu. 6. 7. lim. nu. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*

2 *Mulierum cohabitatio est periculosa ad perdendum castitatem.*

3 *Pœna clericorũ tenentiũ in domo fœminas suspectas.*

4 *Clerici nõ possunt frequentare monasteria monialiũ.*

5 *Clerici non possunt loqui cum mulieribus suspectis, nec eis literas secretas mittere.*

15 *Monacis, & cæteris regularibus nunquã permittitur habitare cum mulieribus, sic etiã Episcopis, n. 16.*

17 *Viri sancti peccauerunt ex causa conuersationis cum mulieribus.*

VIGESIMVSSEXTVS EFFECTVS.

1 Vigesimus sextus effect. clericatus est, vt clerici in eius domo non possint retinere mulieres, & præcipuè suspectas, & si moniti non dimiserint suspenduntur, & postmodum, vt incorrigibiles deponuntur, *c. 1. & c. 2. & c. sicut, de cohabit. cler. & mulier. c. sed id forte 81. dist.* & modernissimè hoc idẽ est determinatum *per Sacrũ Cõcil. Trid.* vt habetur *sess. 25. c. 14. de refor. Isidor. Moscon. de maest. militan. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. retinere ĩ domo car. mihi 409. Pet. Barbob. Patauin. cõs. 96. n. 3 inter cõs. crim. diuers. lib. 2. Decia. in trac. crim. p. 2. lib. 6. c. 21. n. 4. Menoch. in tract. de præsum. lib. 5. præsump. 17. n. 2. Ancher. iun. in qõ. famil. lib. 2. q. 12. n. 3. Lel. Zanc. in tract. de priuil. eccl. priuil. 75. nu. 1. & 2.* & huius effectus pñt duæ esse rõnes, quarum Prima põt esse, quia domus Cæsaris non solũ dẽt carere delictis, sed ẽt suspictione

2 delicti. Secunda est rõ, quia cohabitando cum muliere exponit se maximo periculo perdendi castitatem, q̃ difficile est seruare cohabitando

do cũ mulieribus, imò quasi impossibile quẽadmodum stuppa, cera, aut stipula iuxta ignẽ, iuxta illud *Prouerbij 6. Nunquid pôt homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta ipsius non ardeant, aut ambulare super prunas, & non conburantur plante eius, sic qui ingreditur ad mulierẽ non erit immunis eum tetigerit eam*, & *S. Gregor. in dialog.* dicit. *Qui corpus suum continentiæ dedicat, habitare cũ mulieribus non præsumat, ne ruina ruenti tanto repẽtina subrepat quanto malè concupiscentiæ ex præsentia concupitæ forma fæminarum*, Pœnę autem clericorum tenentiũ in eorum domo fœminas suspectas est peccatũ mortale *Turrecr. in c. interdixit n. 13. 32. dist. Graff. i dec. aur. p. 2. li. 3. c. 9. n. 11.*

3

4 Ampliatur 1. vt non solum nô possint habitare cum mulieribus, verum ẽt, nec monasteria moniali ũ frequentare possint, nã si continuo ea frequentarẽt suspenduntᷣ *c. his igitur 24 dist. c. monasteria de vit. & honest. cler. Abb. in c. clerici eod. tit. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 9. n. 11. Henric Bobic in rub. de cohabit. cler. & mulier. n. 2. Mosco. de Maest. militan. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. monasteria cart. mihi* 410.

5 Ampliatur 2. vt ẽt eis sit interdictũ loq. cum mulieribus, vel eis nuntium, vel Epistolas secretas mittere, *c. clericus 81. dist. c. 2. de cohabit. cler. & mulier. Menoc. in tract. de præsumpt. lib. 5. psumpt. 41. n. 20. Bolognet. in l. 1. n. 128. ff. de verb. oblig. Graff. d. c. 9. n. 2. & in append. ad easdem dec. aur. lib. 4. c. 3. n. 13.* vbi scribit φ ad hoc vt euitetᷣ oĩs suspitio mala, nullus clericus, nisi certis tp̃ibus debet loqui cũ fœminis, hoc est in luce, & nõ in tenebris, & in certis locis, vt in publicis, honestis, & congruis, *c. ab isto 32. q. 6.* & corã p̃sonis honestis, & nõ suspectis, & ex hac cã motus Alexãder Secundus Pontifex Maximus, *in c. clericus 81. dist.* statuit vt clericus solus ad fœminę tabernaculum non accedat, neq. p̃peret sine maioris natu sacerdotis iussione, nec solus presbyter cum sola fœmina fabulas misceat, nec Archidiaconus sub prætextu humilitatis, aut officij frequenter intret domicilia matronarum, aut forte per clericos, aut domesticos matronæ mandet aliquid secretè,

6 Ampliatur 3. ẽt si mulier esset monialis, q̃a neccum mulieribus monialibus clericus habitare poterit, *c. 1. 23. dist. c. sacratas de consecrat. dist. 1. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 9. n. 10. Marquat. de Susan. in tract. de celibat. p. 3. c. 3. n. 2.* q̃ dicit quod nec istud permittitᷣ clericis, & monialibus etiam si hoc facere velint prætextu sanctitatis, vel hospitalitatis.

7 Ampliatur 4. vt nec ẽt liceat clericis cũ mulieribus multum conuersari, quia non est hoc tutum volenti seruare castitatem *Maria. Socin. iun. in c. cum in iuuentute nu. 4. de purgat. canon.*

8 Limitatur 1. prędictus 26. effectus clericat⁹, q̃n mulier esset ita senis, & deformis, vt cum ea nulla posset oriri suspitio, q̃a cum talibus, cũ quibus suspitio oĩno abest habitare poterit, *c. cum sit prædictus de conuers. coniug. Hostiens. & Bobie n. 4. in rubr. de cohabit. cler. & mulier. Turrecr. in c. introduxit n. 8. & 9. 31. dist. Port. consf. 16. nu. 7. Monald. cons. 21. n. 24. lib. 2.* qui ad hoc ponderat *tex. in c. 1. de cohabi. cler. & mulier.* dum in eo dr̃, vt nullus sacerdos fœminas, de q̃bus suspitio pôt esse, retineat, & *tex. Concil. Trid. sess. 25. c. 14. de reform. ibi, ne cõcubinas, aut alias mulieres, de q̃bus possit haberi suspicio in domo, vel extra retinere*, & vltimo concludit quod hæc fallentia procedit etiã si talis mulier non esset consanguinea.

9 Limitatur 2. q̃n clericus esset infirmus, in quo non vigeret incontinentiæ præsumptio, ex quo mulieres sunt necessariæ ægrotis, iuxta illud *eccl. 36. vbi non est mulier ingemiscit æger, Th. Actius in tracta. de infirm. par. 2. in ver. mulier, & in ver. iuuenes, num. 4.*

10 Limitatur 3. q̃n prędictæ mulieres essent necessariæ p̃ familia, vt sũt ancillæ, & pedissequę *c. cum omnibus 81. dist. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 9. n. 7.* de qua limitatione ego valde dubito, & reputo eam potius falsam q̃ verã, nisi ipse ancillæ sint tales, vt dixi in 1. limit. vel nisi clericus si ita senex, vt de eo nihil posset dubitari.

11 Limitatᷣ 4. in clericis coniugatis, q̃a ipsi non prohibentur habitare cum mulieribus, *c. 1. & per tot. tit. de cler. coniug. Henric Bobic in rub. de cohabit. cler. & mulier. num. 2.*

12 Limitatur 5. q̃n mulier cum qua clericus inhabitat esset mater, vel soror, vel consanguinea ascendens, vel descendens, vsque ad quartum gradum inclusiuè, & in linea trãsuersali, vsque ad secundum gradũ ẽt inclusiuè *S. Ant. Florent. in summa in 2. p. tit. 13. gl. in c. volumus 81. dist. summa Rosell. in verb. clericus, il 3. in princ.* vbi dicit, φ hæc limitatio p̃cedit ẽt si consanguinea esset iuuenis *Isidor. Mosco. de maest. militãt. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. ver. nec cum mulieribus car. mihi* 410. *Iacob. de Graff. p. 2. lib. 3. c. 9. n. 4. & 5. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 3. n. 2.* qui duo vltimi dñt φ licet sit p̃missum clericis habitare cũ talibus consanguineis, nihilominus hoc intelligitur se ipsæ consanguineę non habent secũ dãmicellas, & pedisequas, vel alias mulieres suspectas, & sic ex ista intelligentia arguitur clare de falsitate prædictæ tertiæ limitationis.

13 Sublimitatᷣ modo oẽs prædictę limitationes aliquibus modis, & Primo q̃n ex tali cohabitatione oriretur aliqua suspitio iuuentutis, vel caloris naturalis, tunc. n. indistinctè ẽt interdictũ clericis cohabitare cũ mulieribus sibi alias permissis *Henric Bobic in c. 1. n. 3. de cohabit. cler. & mulier. Decia. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 21. n. 4. Marquat. d. c. 3. n. 2. vers. item prędicta limitãtur Graff. d. c. 9. n. 6.* q̃ dicit φ tunc est consonãtius honestati, vt talis suspitio tollatur, & maximè

ximè si ex hoc timeretur scādalum generari, & talis cohabitatio esset periculosa iuxta illud *eccl. 13. Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea*, & quod opportunitas fecit latronem, vt not. *Io. Andr. & Hostiens. in c. veniens de eo, qui cognouit consang. vxor. suæ Abb. in c. 1. de cohabit. cler. & mulier Rosell. in sum. in verb. clericus il 3. in princ.* q duo vltimi loquunt de matre, vel sorore suspecta de incontinentia, & concludunt, q nec ēt cū eis isto casu clericus poterit cohabitare.

14 Secundo sublimitant̄, vt licitum sit aliquo casu clericis in eius domo aliquas retinere mulieres, nō tñ est eis licitū cū talibus immoderatam familiaritatem herede, ne vilis, & contēptibilis habeatur, *c. quorūdam, dist. 34. Graf. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 9. num. 9.*

15 Tertio sublimitantur, vt licet clericis in casibus supradictis sit permissum cohabitare cum mulieribus, attñ monaci, & cæteri regulares nullatenus cum eis stare poterunt *Auth. de monac. §. cogitandum Hostiens. & Henric Bobic n. 2. in rub. de cohabit. cler. & mulier.*

16 Quarto, & vlt. sublimitant̄ in Epis, *c. quorumdam dist. 34. §. Epum vero in Auth. de sāctiss. Episc. collat. 9. Rosell. in summ. in ver. clericus il 3. n. 1. Bobic in pracit. n. 2. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 3. n. 2. ver. Episcopus tamē, & c. 1. n. 1. Graff. d. c. 9. n. 8.* qui dicit, q pp cohabitationem cū mulieribus poterit ab Episcopatu eijci, & qđ neq. cum matre, aut sorore poterit cohabitare, & multa alia circa hoc scribit, *Borgas. in trac. de irregul. p. 1. q. 7. n. 45. car. mihi 19.* dixit quod Epus monitus ab Archiepiscopo, & alijs Episcopis, nolens abstinere a cohabitatione mulierū, est deponendus allegat dictum *c. quorumdam in fi. & not. in c. cum in iuuentute de præsump.*

17 Cæterum si ius scire q̄ sancti viri petierunt causa conuersationis cum mulieribus, tàm ex testamento veteri, quàm ex nouo, & quę mala ex ea prodierunt ponit latè *Marquat. in tract. de celibat. p. 1. c. 8. n. 4. per totum.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus dum conuenitur nunquam potest excipere, & opponere exceptionem excussionis.*
2 *Exceptio excussionis nō admittitur de iure canonico.*

VIGESIMVS SEPTIMVS EFF.

1 Vigesimus septimus effectus clericatus est, vt clericus dum cōuenitur, nūquā poterit opponere exceptionem excussionis *Grat. respons. 37. n. 25. vol. 1. & respons. 87. n. 25. vol. 2. Caroc. in trac. de excuss. p. 2. q. 51. n. 3. cum multis alijs, quos allegaui in meo tracta. de except. ad materiam stat. &c.*

2 *excep. 10. n. 75.* cuius effectus ea est rō, qa ista exceptio non admittitur de iure canonico, vt dixi dicta *except. 10. n. 75. & voluit Ias. in §. item in quis fraudem, n. 78. instit. de actio.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt pugnare etiam minores, nu. 3. & 4. & quid contra Saracenos, n. 5. lim. in militibus Hierosolimitanis, n. 7. & quando esset dispensatum, n. 8. 18. 19. 20. 22. & 23.*
2 *Bellum affert inquietitudinem, & retrahi à contemplatione.*
6 *Effusio sanguinis est prohibita clericis.*
7 *Clerici occidendo infideles efficiuntur irregulares sicut si Christianos.* (uino.
9 *Clericatus prouenit a iure positiuo, & canonico, & di*
10 *Papa non debet sine magna causa dispensare, vt clerici possint pugnare.*
11 *Papa dispensando, vt clericus possit pugnare censetur dispensare circa irregularitatem incurrendam propter ipsam pugnam.*
12 *Dispensatio si fiat cum clerico habente plura beneficia residentiam habentia, videtur dispensatum super residentia, & nu. 13.*
14 *Clerici an possint suadere ad pugnandum, licet ipsi non possint, & an possint effici commilitones ad pugnandum, num. 15. & 16.*
17 *Clericus pugnans per substitutū efficitur irregularis.*
21 *Lex positiua ecclesiastica an possit tollere ius naturale*
24 *Pœna clerici pugnantis, quæ sit.*
25 *Clericis nō licet pugnare etiā in singulari certamine.*
26 *Duellum est interdictum non solum clericis, sed etiam laicis.*

VIGESIMVS OCTAVVS EFFECTVS.

1 Vigesimus octauus effect. clericatus est, vt clericis sit interdictū pugnare per seipsos, & propria manu, *c. quicumq; clericus, c. clerici, & c. quicumq. ex vero 23. q. 8. c. ex multa, §. de clericis de voto clement. 1. de homic. Diuus Thom. in 2. 2. q. 40. art. 2. Henric Bobic in c. ex multa, n. 1. de statu mon. Alex. de Neno in c. ego N. n. 48. de iureiur. Turrecr. in c. 1. n. 1. 23. q. 8.* vbi adducit varias rōnes p isto effectu, *& in c. quis vult, n. 5. dist. 36. Ludou. Molin. de iustit. & iur. tract. 2. disput. 105. in princ. Petr. Rodriq. Hispan. cōs. 51. n. 3. Aluar. in Spec. iur. Pōtif. c. 41. vers. & potest Princeps car. mihi 130. Parif. in tract. de confid. benefi. q. 9. n. 27. Maccabr. cons. 23. n. 11. Berret. cons. 4. nu. 19. Ancher. in c. ex multa n. 8. de voto,* vbi dicit, q est inhabilis ad pugnandū, sed q talis inhabilitas non pcedit à vitio, vel defectu, sed ab ordine, & officio clericatus, *Cesal. cons. 151. nu. 5. lib. 2. Curt. iun. cons. 192. n. 43. lib. 3. & in tract. de feud. p. 2. nu. 15. cart. mihi 274. Menoc. cons. 181. n. 79. li. 2. & cons. 202. n. 122. lib. 3. & cons. 54. n. 19. lib. 1. Harman. Vultei in trac.*

luc. de pen. in l. unic. C. ut. arm. usus etc. feli. 470

in tract. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. verſ. ac ne ſine ratio ne car. mihi 464. in princ. Couarr. in clement. ſi furioſus in 2. p. §. 3. n. 2. vbi dicit, q̃ peccaret graui ter ſi pugnaret propria manu *Sebaſt. Medic. in ſumma peccatorū capitaliū p. 1. tit. 4. q. 76. in princ.*

2 q adhuc adducit rōnē hoc eſt, qa bellū vt plurimum inquietudinē, & fluctuationem affert, ex qbus aīus bellantis retrahit à contēplatione diuinorum, & laude Dei, & orōne ꝓ populo, quæ oīa ſpectant ad officium clericorum, q multa alia circa hunc effectum ſcribit potius curioſa q̃ vtilia, ideo ea ꝑtermittere decreui, q̃ rōnem adduxi ēt *Menoc. conſ. 54. nu. 19. lib. 1.* q adducit, & aliā. ſ. qa non pñt effundentes ſanguinem humanū iuxta illud Dñi. *Nō ædificabis mihi templū, qa vir ſanguinis es paralip. c. 22.* & alias rōnes adducit *Turrecr. in c. 1. 23. q. 8.*

3 Ampliatur 1. hic 28. clericatus effectus, vt locum ſibi vendicet ēt in clericis in minoribus conſtitutis, qa nec ipſi pñt in bello pugnare *gloſ. in c. 1. 23. q. 1. Bart. in reper. in ver. clerici ēt mi noribus*, & ratio eſt, quia clerici in minoribus reputantur, & ſunt verè clerici, prout latè dixi *ſup. eff. 1. ampl. 8. num. 77.*

4 Ampliatur 2. vt nec ēt poſſint eſſe duces bel li, ēt quod tali caſu ꝓpria manu non pugnent *c. ſnīam vbi hoc not. Abb. n. 16. ne cler. vel monac. Ludo. Molin. de iuſt. & iur. trāc. diſpu. 108. verſ. cap. ſententiam cart. mihi 393.*

5 Ampliatur 3. vt nec ēt contra Saracenos, cęteroſq; infideles pugnare poſſint, *c. ex muta vbi Abb. & Bobic n. 2. de ſtat. monac. gl. in c. ſuſcepimus de homic. & in c. qui paganus 50. diſt. Alex. de Neuo in c. Ego N. n. 48. de iureiur. Abb. in c. petitio n. 1. & 2. de homicid. Zannett. in trac. de different. iur. canon. & ciuil. differ. 107. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 2. c. 9. n. 7. Balzeran. in comment. ad vſus feud. in tit. de milit. vaſſal. qui arma depoſ. in verb. miles n. 18. car. mihi 189. Socy. iun. in cap. petitio, n. 1. de*

6 *homicid.* & rō eſt, qa oēm ſanguinem effundere eſt ꝓhibitū clericis, & tā fit irregularis occidēdo infidelē, q̃ Chriſtianū, *d. c. petitio vbi hoc not. Abb. eod. n. 2. & Anch. n. 3. de homic. c. ſicut, eo. tit.*

7 Limitatur 1. dictus 28. effectus clericatus, vt non ꝓcedat in militibus templarijs, & hoſpitalarijs (q hodie vocant militenſos, ac cæteris militibus, q licet (vt dixi *ſup. eff. 1. ampl. 16. n. 109.*) ſint verę religioſi, & comprehendant̄ in quacunq; diſpoſitione de religioſis loquente, adhuc ipſis eſt pmiſsū pugnare contra Saracenos infideles *Abb. Io. And. & Bobic nu. 2. in c. ex multa de ſtat. mon. not. gl. in ſi. in c. duo ſunt genera 12. q. 1. Bald. conſ. 539. in ſi. lib. 5. Menoc. conſ. 54. n. 35. lib. 1.* vbi dicit, q̃ hoc expreſsè probat *tex. in c igitur 23. q. 8.* in quo tex. dicit Leo Papa ſe exiuiſſe cum populo ad pugnā cōtra infideles.

8 Limitatur 3. vbi eſſet p Summum Pōtificē circa hoc diſpenſatum, qa Papa pōt diſpenſare cum clerico, vt pugnet ꝓpria manu aliqua ſubſiſtente neceſſitate *Molin. de iuſt. & iur. trac. 2. diſput. 108. in princ. verſ. eſt vero prohibitio cart. mihi 392. Abb. in c. Ego N. nu. 8. de iureiur. Fel. in c. petitio, nu. 2. de homic. Alex. de Neuo in d. c. Ego N. n. 45. & 50. Frāc. Aret. cōſ. 58. n. 6. Rol. à Vall. conſ. 37. n. 10. & Stefan. Forcatul. in comment. feud. c. 2. n. 14.* vbi dicit, q̃ tēporibus Clemētis VII. Hippolitus Medices Cardinalis fuit creatus Præfectus claſſis contra Solimannum Turcarū Regem, & apud *Monaldum de Monaldeſc.* legitur quod quidā Vitellus Vitelleſcus fuit Præfectus exercitus, & pluries pugnauit in Vmbria, ac cęteris Terris Eccleſię, & qđ multas obtinuit vi-

DE EFFECTIBVS AMICITIAE.

AVTHORE

DON CAROLO DE GRASSIS,

SICVLO, PANORMITANO, V. I. D.

CELEBERRIMO.

Cum Summarijs, ac Indice locupletissimo.

AD ILLVSTR. DOM.

DON PETRVM CORSETTVM,

TRIBVNALIS S. R. C. PRAESIDEM,
ac Suæ Catholicæ Maiestatis in Regno Siciliæ
Consiliarium Meritissimum.

SVPERIORVM PERMISSV.

PANORMI,

Apud Ioannem Baptistam Maringum suis expensis. M. DC. XXII.

ILLVSTR. DOMINO

DON PETRO CORSETTO

TRIBVNALIS S. R. C. PRAESIDI, & Suæ Catholicæ Maiestatis Consiliario Dignissimo.

PETRVS DE GRASSIS V. I. D. F.

EA apud scriptores extitit consuetudo, (Illustr. Domine) vt, quod prælo, tanquam æternitati dicandum, excuderetur opus: alicui tutelari domino consecraretur. Idque duplici fortassis ex caussa; aut arctissimæ seruitutis vinculo; aut ad tutissimum operis clypeum; consuetum putarim. Cùm igitur Tractatum hunc de Effectibus Amicitiæ, quẽ diuturnis laboribus, ac vigilijs frater meus D. Carolus Grassus (cuius veluti communem matrem corpus, sic cœlestem Patrem, totius misericordiæ fontem, animam tenere, cõfido) dum adhuc viueret, composuit; typis cudendum curarem; tibi tanquam tutelari Męcenati dicandum, censui. Posces fortè fortuna, cur tibi consecrarim? duæ, quæ alios, mouerunt caussæ: altera debitæ seruitutis officium: postrema operis protectio. Quem profectò (vt de prima loquar) vel tuarum virtutum merita, quæ ad eminentiores honorum vertices faustis (vt aiunt) cursitant auspicijs, vel tuæ nobilitatis insignia ex tuorum Magnatorum radice manantis, non alliciant? Quid enim (Dij boni) Potentissimam Regis nostri Coronam, vt te ipsum pluries in Regium Consiliarium, inter tot optimates eligeret, forsan attraxit, nisi rerum à te gestarũ fęlicissimum nomen? Eius te vel tãtillùm agnouit, qui ingenuitati tuæ non gaudeat famulari? Testor ego ipse, quem adeò dulcibus tuæ humanitatis nodis alligasti, vt non possim non gloriari antiquæ seruitutis meę vltroneum tibi ferre tributum. Accedit & secunda ratio, nempè operis patrociniũ. Ex eo enim tutior procedit defensio, ex quo in tutãdi adminiculũ amor emanat ardentior: & cuinã opus hoc meliori patrono, quàm tibi, dirigetur, qui erga me, sicuti amoris affectus, ita & gratię operaris effectus? Et, si olim cerua illa Cęsaris inter minaces venatorum sagittas poterat tutissima viuere; cum in collo hisce litteris picturatum monile deferret, *Nemo me tangat, Cæsaris ego sum.*
Sic poterit liber iste securissimè inter mordaces inuidiæ dentes subsistere, cùm primùm dictum inspexerint:

Nemo me tangat, Corsetti ego sum.

Tu igitur (Illustr. Domine) opus hoc; qualecunque sit; gratanter (ceu soles) accipias: eritq;, vt non in vno vnum: sed in vno duos, tui deditissimos inuenias: fratrem vnum, autorem scilicet in cœlo (vt spero,) & alium, quippè me, in terris: qui, & tuo corpori, quod de terra est, incolumitatem, & animæ, quæ de cęlo aduenit, æternam exoptent salutem. Vale: &c.

MATTHAEVS DONIA PANORMITA,
Philosophus, & Medicus.

L E C T O R I.

Naturam, genera, effectus, & munera doctus
Perdoctè GRASSVS pandit amicitiæ;
Quid prohibet, pariter quid lex permittit amicis
Ut discas, hac sit pagina amica tibi;
Ingentum CAROLI, probitas, doctrina peritum,
Caussidicum ostendunt, egregiumq; Sophum.

PHILIPPI PARVTAE.

Ergò vera fuit quondam, cùm docta vetustas
Esse animi cultum dixit Amicitiam.
Hinc etenim & Sophia Mens, & virtute potita;
His, rerum auctorem dum colit, excolitur.
Quin vbi par iuuenum sese bene nectit amando,
Illis accedit tertius ipse Deus;
Qui nodum æternans, vitam fortunat vtrique;
Et cumulat donis, delicijsq; beat.
Hæc miranda tamen chartis intexere quis nam?
Quis tantum potis est commemorare decus?
Tu referas omnes tam clari muneris vsus,
CRASSE, tibi ex merito gloria tanta datur.

ONOPHRII PARVTAE PHILIPPI F.

Nomen Amicitiæ sanctum, nunc sanctius ibit;
Cùm sit honoratum nomine, CRASSE, tuo.

SIMEONIS LISINICLII,
Trinacrij Mistrettensis Carmina.

AD LECTOREM.

Quisquis Amicitiæ effectus callere peroptas;
Hoc lege syncerum, dulceq; prorsus opus.
Hinc verè excerpes, veluti tractandus amicus;
Sicut Amicitiæ vincla tenere licet.

TRA-

TRACTATUS
DE EFFECTIBVS AMICITIAE
DON CAROLI DE GRASSIS. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 Amicitiæ eſt beneuolentia pacis & q̄dā fraternitas.
2 Amicitia eſt quatruplex ſecundum Diuum Thomā, ſiue trium graduum.
3 Amici sūt duo corpore aīa vero eſt vna, & alter idē.
4 Amicitia ad malum non dicitur amicitia, ſed conſpiratio fraudis.
5 Omnia debent eſſe communia inter amicos.
6 Amicitia, quæ a commoditate initium habet, durat durante ipſa commoditate.
7 Amicus hodie non amatur, ſed amatur commoditas, quæ prouenit ex amicitia.
8 Amicus quis ſit, & qualis amicitia, relinquitur arbitrio iudicis.
9 Requiſita amicitiæ ſunt ſex.
10 Amicitia propriæ dicitur ea, quæ eſt contracta ex honeſta cauſa.
11 Amicitia vera non poteſt eſſe niſi inter habentes caritatem.
12 Proprietates, ſeu qualitates amicitiæ octo eſſe debēt.
13 Leges amicitiæ debent ſeruari, ſine quibus ipſa ſtare non poteſt, & quæ ſint.
14 Iniuſta petenti amico non eſt aſſentiendum.
15 Amicis iniuſta petentibus non ſolum petita ſunt deneganda, ſed etiam grauitate verborum ſunt reprehendendi.
16 Abbas Panormitanus appellatur, quia fuit Archiepiſcopus Panormitanus.
17 Nomen amicitiæ ſonat in bonum, & excludit præſumptionem mali.
18 Amicitia non excuſat a peccato ſi quis peccauerit ex cauſa amicitiæ.
19 Amicitia debet eſſe realis, & effectualis, non autem ficta, ſeu adulatoria.
20 Inimicus familiaris eſt efficatior ad nocendū q̄ peſtis.
21 Amico ficto non eſt deterior hoſtis.
22 Amicorum fictorum inuidiam magis cauere debemus, quàm inimicorum patentes inſidias.
Amici vulnera meliora ſunt, quàm inimici oſcula.
24 Amicitia ex lingua, ſeu verbo non valet, ſed aperte
24 demonſtrari debet.
25 Amicitia debet eſſe diſcreta abſque exceſſu, ac firma.
26 Diuitiæ addunt amicos plurimos, ſecus paupertas.
27 Amici, qui in neceſſitatibus amicos deſerunt, æquiparantur hirundinibus, quæ dū durat tēpus æſtiuū, & proſperū, permanent nobiſcum, tempore autem hiemali, & calamitatum ſtatim recedunt.
28 Amicus factus ex cauſa felicitatis, ex infortunio deuenit inimicus, & ſicut aurum probatur igne, ita amicus in aduerſitatibus.
29 Amicitia eſt de iure naturali, & permiſſa, ac laudabilis ad contrahendum.
30 Amicos habere eſt melius quam honor, & fama.
31 Amicus fidelis protectio fortis, & qui inuenit illum, inuenit Theſaurum.
Amici ſunt palam laudandi, & ſecreto admonendi.
33 Amicitia in dubio præſumitur.
34 Amicitia quomodo probetur, & quibus modis.
35 Amicitia quādo dicatur probata, & de cauſa, & alijs amicitia relinquitur arbitrio iudicis, & n.60.
36 Amicitia eſt accidentalis, ideo de facili variatur.
37 Qui ſe fundat in amicitia, debet eā cōcludēter ꝓbare.
38 Teſtis an repellatur à teſtimonio ferendo propter amicitiam, & quid ſi eſſet nimis arcta, n.39. & an dicatur omni exceptione maior n.40. & an faciat ſemiplenam probationem n.41.
42 Amicitia leuis non repellit teſtem à teſtificando, nec minuit eum de fide, & nu.44.
43 Amicitia arcta, & maxima repellit teſtes à teſtificādo.
45 Regula, quando teſtis ex ſola amicitia nō repellitur, & quando non ſit integer.
46 Idonei reputantur teſtes inſtrumentarij pro amico, ſecus quando ignorabatur de amicitia nu. 47.
47 Teſtis amicus in inſtrumentis dicitur idoneus.
48 Teſtes plures deponentes pro amico cum alijs non amicis probant.
49 Numerus teſtium amicorū ſupplet defectus amicitię.
50 Pars debet ſe opponere quòd teſtis, qui deponit, ſit amicus.
51 Amicitia honeſta, iuſta, & caritatiua etiam maxima non repellit teſtem à teſtimonio ferendo.
52 Amicus vtriuſq; partis æqualis non repellitur à teſtificando, nec diminuitur de fide.
53 Amicus non repellitur à teſtificando vbi veritas aliter haberi non poteſt.
54 Teſtis amicus admittitur ad probandum furtum, vel dolum factum in domo actoris, & ad probandum quantitatem rerum ammiſſarum.
55 Nobili perſonę, etiam ſi ſit amicus, non minuitur de fide, deponenti pro amico.
56 Teſtis amicus eſt integer etiam cum maxima amicitia, quando deponeret pro amico ad defenſam.
57 Amicitia inhoneſta, & turpis repellit teſtem à teſtificando, & inducitur correctio, nu.58.
59 Teſtis amicus repellitur à teſtimonio, quādo ex amicitia vnius ſequeretur odium alterius.
61 Teſtis amicus offenſi, & accuſantis an probet, vel faciat inditium ad torturam.
62 Teſtis vt repellatur a teſtimonio propter amicitiam non

non sufficit allegase amicitiam in genere, sed debet deducere in specie, & probase.

63 *Iudex repellitur a iudicando propter nimiam amicitiam, ac etiam potest recusari.*

64 *Receptans bannitum punitur eodem pœna, prout delinquens, tamen si seceptans est amicus non punitur pœna ordinaria statuti, sed mitius.*

65 *Amicitia licet excuset treceptantem bannitum, non tamen excusat receptantem hæreticum.*

66 *Amicus potest agere, & compasere in iudicio etiam sine speciali mandato, quòd procedis in amico magnæ amicitiæ, n. 67. vel quando psincipalis scit litē agitari n. 68. qd procedit in defendendo nu. 70.*

69 *Absentia inducit ignosantiam, fallit in beneficialibus, num. 76.*

71 *Defensor tenetur satisdare de ratum habendo vel de indicatum soluendo.*

72 *Amicus agens pro amico etiam sine mandato gerit vicem procusatoris etiam si is pro quo agitus esset pupillus, n. 75.*

73 *Amicus agens pso amico tenetur subise iuramētum calumniæ.*

74 *Mandatum speciale requisitus ad præstandum iusamentum calumniæ.*

77 *Amicus agens pro amico absente an præiudicet ei.*

78 *Fideiussio præstanda ab amico agente pro amico absente tsia continere debet, scilicet dolum abesse, sē defendi, & indicatum solui, & non sufficit iusatoria cautio, n. 79.*

80 *Amicus pro amico potest appellare etiam sine mandato à sententia contra amicum lata, dummodo se quatur ratificatio.*

81 *Amicitia æquiparatus affinitati, & consanguinitati, & sæpa sæpius anteponitur, nu. 82. & aliquando superat fraternitatem, n. 82. 84. 86. & 87.*

85 *Dispositum inter consanguineos an habeat locum etiam inter amicos.*

88 *Appellatione suorū venit ēt amicus maximæ amicitiæ.*

89 *Amicus potest capere, & capi facere debitorem sui amici absentis maximè si est paratus ad fugam.*

90 *Amicus admittitus ad allegandū causā absentiæ sui amici, tàm in causa esiminali, q̄ ciuili, & n. 91.*

92 *Amicus allegans causam absentiæ sui amici non tenentur satisdare.*

93 *Amicus dicitur aliter idem cum amico.*

94 *Amicus etiam sine mandato admittitur ad recuperandum possessionem, qua suus amicus absens spoliatus fuit.*

95 *Amicitia inter gestosem, & dominum facit presumi negotia fuisse gesta nomine, ipsius ad quem negotia persinent.*

96 *Amicus offerens debitum sui amici, vel illud depositans liberas amicum debitorem.*

97 *Offerens, seu depositans debitum liberat debitorem.*

98 *Alienatio facta inter amicos magnæ amicitiæ censetus facta in fraudem fisci.*

99 *Amicus an præsumatur scire facta sui amici.*

100 *Vicarij amicum an presumatus scise collationem beneficij sibi ab à Vicario factam.*

101 *Facultas iurandi concessa defuncto transit in hæredē quando hæres est amicus defuncti.*

102 *Concessio in emphyteusim, seu infeudū facta p Papā, seu Psalatū amico, præsumitur facta nulla subsistente causa, nisi de ea expresse appareat.*

103 *Iusans aliquem defendere contsa quascunq. personas non intelligitur contra suos amicos, nec contra consanguineos.*

104 *Legatum seu fideicommissum factum Titio, & in loco sunt duo Titij, tunc censetus factum illi Titio, qui est amicus testatoris.*

105 *Testator instituens, seu substituens aliquem nomine appellatiuo, vtputa fratrem, & pluries habet fratres, tunc censetur instituisse magis amicum, & dilectum, & num. 108.*

106 *Legatum strictè interpretari debet, vt minus grauetur hæres, fallit quando esset factum amico particulari, seu pesonæ coniunctæ, & nu. 107.*

109 *Testator legando aliquid Prælato, vel Rectori ecclesiæ, si legatarius est amicus, censetus factum contemplatione amicitiæ, & acquirius ipsi legatario, & potest de eo disponere, nu. 110.*

111 *Amicus potest pro amico stipulari, sicut procurator, sed distingue n. 112. & 113.*

114 *Compromissum factum in Prælatum sub nomine dignitatis, si Prælatus est amicus compromittentis, tunc censetur factum intuitu personæ, & non dignitatis, vel officij.*

115 *Executor testamenti selictus sub nomine dignitatis, si est amicus testatoris, censetur relictus satione amicitiæ, ideo eo mostuo non transit officium ad successorem.*

116 *Amicus habitans in domo amici, quæ non erat solita locari, non tenetur ad pensionem aliquam, secus si esat solita.*

117 *Bonorum possessio peti, & decerni potest ab amico, quando est delata personæ absenti, & vaganti.*

118 *Amicus capere potest legata, & fideicommissa ex testamento minus sollemni sicut liberi.*

119 *Amicitia operatur effectum clausulæ codicillaris, & semper præsumitus esse in testamento, vbi hæres est amicus.*

120 *Clausula derogatosia in secundo testamento censetur inserta propter amicitiam.*

121 *Suspitio fraudis oritur aliquando propter amicitiam.*

122 *Legatum debetus legatario etiam non adita hæsedi tate, quando legatarius est amicus testatoris.*

123 *Legatum factum pauperi dicitur factū ad piā causā, secus si factum fuerit amico paupesi, nu. 125.*

125 *Statutū volens quod de legatis ad pias causas debeatus tot pro centenario alicui ecclesiæ non intelligitur de legato facto amico pauperi.*

126 *Quarta Episcopo non debetus de legato facto clerico à suo amico.*

127 *Amicus præfertur in tutela pupillorū alijs, & pōt cogi sicut cōsanguineus ēt captis pignosibus, n. 128.*

129 *Feudatarius contrahent amicitiam cum inimicis domini*

mini feudi, priuatur feudo etiam si esset ecclesia nu. 135. & quid si solum habitasset, nu. 136. & quid si nullum damnum afferret domino, nu. 137. & 138. & num. 148.

130 Amicus inimici mei est mihi inimicus.

131 Paria sunt esse inimicum, vel amicum inimici mei.

132 Feudum ammittitur propter inimicitiam cōtractam inter dominum, & vassallum.

133 Contrahens amicitiam cum inimico domini, videtur cōtrauenire iuramēto fidelitatis, & n. 142. et 143.

134 Vassallus contraueniendo iuramento fidelitatis est priuandus feudo.

139 Inimicus meus censetur ille, qui cum inimicis meis conuersatur, & amicitiam contrahit, quod limit. vt nu. 140. & 141. ampliatur etiam si vassallus solam considerationem habeat, n. 142.

144 Confugiens ad hostes sui Principis committit crimen læsæ maiestatis.

145 Vassallus contrahens amicitiam cum inimicis domini propter metum imminentis periculi, & nō priuatur feudo, nec quando talis amicitia non esset domino damnosa, & nu. 146.

147 Vassallus non priuatur feudo. si contrahit amicitiam cum inimicis domini eo volente, vel consentiente.

149 Dominus feudi agens ad priuationem feudi contra vassallum ob amicitiam contractam cum inimicis suis, debet probare quòd talis amicitia contraxerit dolo malo in eius perniciem.

150 Vassallus qui contrahit amicitiam cum inimicis domini, non solum priuatur feudo, sed etiam committit crimen læsæ maiestatis.

151 Onus probandi, quod vassallus contraxit amicitiam cum inimicis domini spectas ad dominum feudi.

152 Vassallus, prætendens quòd contraxerit amicitiam cū inimicis domini per metum, vel sine damno, & detrimento domini tenetur hoc ipse probare.

153 Exculpatio, seu exceptio prædicta qd metu contraxit amicitiā, probatur argumentis & p̄sumptionibus.

154 Amicus receptans alium amicum in domo sua, si aliqua res amico receptato subtracta fuerit, amicus receptans non tenetur de tali furto, sicut caupo.

155 Amicus sponsi, vel eius patris, si aliquid donat spōsæ, illud donatū non acquiritur ipsi sponsæ, sed sponso.

156 Donatum contemplatione sponsi præsumitur donatum ipsi sponso, & non sponsæ, & post mortem viri restituendum hæredibus viri.

157 Delegatio facta amico delegantis, non transit ad successorem, ēt si esset facta sub nomine dignitatis.

158 Depositum censetur factum quando amicus reponit pecuniam, aut aliam rem penes amicum, licet non reponat nomine depositi.

159 Amicus patroni potest præsentare in beneficio vacante, dummodo caueat pro amico quòd rathificet.

160 Ius præsentandi in beneficium ob lapsum tēpus transit in Episcopum.

161 Vassallus offendens amicum domini, feudo priuatur sicut offendens ipsum dominum.

162 Amicus pro amico pōt impetrare literas ad bñficiū.

163 Electus ad aliquod beneficium tenetur infra tres menses petere confirmationem, tamen si amicus eam petit nomine amici, censetur impetrasse eius nomine, & esset valida.

141 Clericus non potest esse aduocatus inter laicos, tñ respectu amicitiæ, non prohibetur aduocare pro amico, quòd procedit non solum in clerico, verum etiā in monaco, & alio regulari, nu. 165.

166. Amicus verisimiliter cognoscit amicum ad vocem.

167 Testes deponens de aliquo actu, & redens causam scientiæ, eo quia cognouit ad vocem, si est amicus creditur, alias non.

168 Aduocatus, vel procurator aduocans pro amico, cēsetur patrocinium præstare gratis.

169 Procurator amicus expendens pro amico aliquid in lite, non repetis, quia præsumitur donasse.

170 Monachi, & alij regulares non possunt esse arbitri, tñ possunt ratione amicitiæ, nu. 171.

172 Receptans furem post furtum cōmissum habetur pro fure, secus in amico, si sola amicitia motus fuerit.

173. Amicus potest propulsare iniuriam amico illatam.

174. Amicus cogitur defendere amicum, & eius bona, q̄ procedit etiam in quocumq; alio non amico n. 175. etiam non requisito, nu. 176.

177 Clericus non potest esse procurator iudicialiter laici, fallit ratione amicitiæ, & nu. 178.

179 Amico licet occidere aggressorem sui amici, & non præsumitur occidere animo deliberato, nu. 180. & non solum aggressorem sui amici, sed etiam bonorum suorum, nu. 181.

182 Amico, prout consanguineo, permittitur defendere virginem, vel honestam viduam contra violentem raptorem.

183 Amicus ēs sine mandato admittitur ad recuperandū possessionem, qua amicus absens fuit spoliatus.

184 Amico licet resistere officiali de facto iniustè, & non iuridicè exequenti contra amicum.

185 Contractus annullatur propter metum illatum, ita pariter si metus non inferatur cōtrahenti, sed suis amicis, & consanguineis, & nu. 186.

187 Mulier non potest pœnam promittere, si non nupserit cum tali, ex quo matrimonia debent esse libera, ita non esset valida promissio facta in tali casu per amicum, vel consanguineum, nu. 188.

189 Statutum cogens consanguineos ad compromittēdum lites inter consanguineos, comprehendit etiā amicos magna amicitia.

190 Verba statuti sunt propriè, & strictè intelligenda.

191. Metus purgatur ex præsentia amicorum in contractu minoris.

192 Creditor in dando tutorem pupillis, contra eius bona agens, debet citari facere amicos, & coniunctos, vt veniant ad defendendum pupillum.

193 Tutor decernitur minori septennio, & curator maiori septennio.

194 Tutor gerens negotia pupilli in præsentia amicorum pupilli, ex tali præsentia excluditur omnis suspitio doli, & fraudis.

Amico fu-

195 *Amico præstans alimenta amico, aut filio, vel mulieri intuitu amicitiæ ipsius amicici, præsumitur ea donasse, & non potest repetere, ubi quatuor modis limitatur. num. 196.*

197 *Clam facere dicitur qui opus facturus est, & non denuntiat amicis illius absentis cui erat facturus.*

198 *Amicitia an impediat actionem negotiorum gestorũ.*

199 *Notarius habet præsumptionem pro se tamquam publica persona, tamen si reperitur scriptus hæres aliquis amicus in testamento, tale testamentum non caret suspitione, quod limit. n. 200.*

201 *Notarius non potest publicare, seu eleuare instrumentum in eius vtilitatem, nec illud potest in causam sui amici.*

202 *Prosecutus de homicidio ij erat amicus interfecti præsumitur illum non interfecisse.*

203 *Amicus interficiens amicum præsumitur potius casu quàm dolo interfecisse.*

204 *Amicus occidens amicum licet probetur quòd data opera occiderit, tamen non est præsumendum quòd habuerit animum occidendi.*

205 *Animus occidendi præsumitur ex vulnere illato in loco periculoso.*

206 *In dubio nõ præsumitur donatio, nec animus donãdi.*

207 *Expensũ pro amico in dubio p̃sumitur animo donãdi.*

208 *Cessio iurium facta sine causa præsumitur simulata, tamen fallit si est facta amico, & nu. 209.*

210 *Legatum rei alienæ est nullum, & non debetur ẽt eius æstimatio, fallit tamen ratione amicitiæ, nu. 211.*

212 *Pater familias non potest emere bona à filij, quorum bonorum est legitimus administrator, quòd secus est qñ id fieret præsentibus amicis, & palã n. 213.*

214 *Vendens rẽ Tiranno vili p̃tio præsumitur vendidisse per metũ, secus si venditio fieret amico ẽt Tirãno.*

215 *Contractus celebratus inter amicos, vt plurimum præsumitur simulatus.*

216 *Amicus non præsumitur inferre iniuriam amico, & præsumptio doli etiam in hijs, quæ sunt de genere malorum cessat propter amicitiam.*

217 *Amicus institutus hæres sub conditione vt eo mortuo hæreditas alteri deferatur cẽsetur inserta conditio, si dictus hæres moriatur sine filijs, & n. 218.*

219 *Iniuria censetur remissa inter iniuriatum, & iniuriantem, si superuenit amicitia.*

220 *Procurator constitutus ab amico magna amicitia si nõ contradicit videtur approbare tale mãdatum.*

221 *Amicum si mutuat pecuniam amico, ex tali mutuo non oritur suspitio vsurarum.*

222 *Amicos vexare tanti est quanti consanguineos.*

223 *Amicus præsumitur consentire actui, qui alias non consentiret.*

224 *Amicus patris si aliquid expenderit in causa filij, cui suspecti tutores fraudẽ faciebãt non poterit repetere.*

225 *Amicus potest petere vt decernatur curator bonis absentis vt interrumpat præscriptionem.*

Amici defunctorum possunt petere, vt detur tutor filijs defunctorum.

227 *Dispositio l. Graccus de adulterijs, concedens impunitatem patri occidenti colluctantem turpiter cum filia, extenditur ad amicos.*

Amici gaudent beneficio l. Graccus de adulterijs, sicut pater.

228 *Cui conceditur aliquid posse fieri, censetur etiam concessum id posse fieri cum amicis, sine quibus facere non posset.*

229 *Res, q̃ reuertitur ad amicos nostros, dicitur nobis reuersa.*

230 *Citatus dicitur si amicus impedit ne citatio perueniat ad amicum.*

231 *Elemosina debet fieri potius amicis, quàm ignotis.*

Arbiter electus si est præsens, & non contradicit, videtur arbitrium acceptasse, si est amicus.

233 *Iniuria facta amico meo videtur mihi facta.*

234 *Voluntas perfecta non inducitur, si qs dicat vellem emerem, vel vellem legere, & similia, tamen si est amicus inducitur perfecta dispositio, nu. 235.*

236 *Delinquens causa, & occasione amicorum mitius debet puniri.*

237 *Pœna delicti remitti potest quando delinquens est amicus principis, vel mitius debet puniri, idem si esset amicus iudicis.*

238 *Iudex potest pœnã amico minorari quãdo est arbitraria.*

239 *Amicus dãs, vel faciẽs aliquid pp amicitiã nõ transit in obligationẽ, nec inducit consuetudinem.*

240 *Seruitus non inducitur quando amicus propter amicitiam aliquid permittit amico, vtputa transire per prædium amici, & similia.*

241 *Aduocatus potest cogi patrocinare, pro eo, qui non inuenit aduocatum, sed non contra amicum.*

242 *Delictum efficitur grauius propter amicitiam, & dicitur proditorium.*

243 *Amicus fictus occidens amicum committit delictum proditorium.*

244 *Tex. in l. ergo, ff. ex quibus causis maior. quo casu locum habet.*

245 *Executor relictus in testamento si est præsens in confectione testamenti, & nõ contradicit, tenetur post mortem testamentum exequi.*

Amici sunt conuocandi ad defensionem absentis quãdo aliquid fieri debent contra absentem.

247 *Citatio amicorum in casu absentiæ amici est leuis solemnitatis, & eius ommissio non vitiat.*

248 *Quarta non debetur de legato facto amico, sicut de legato facto consanguineo clerico.*

Amici pupilli sunt citandi, & requirendi in datione tutoris ipsius pupilli.

250 *Contumax vere non dicitur nisi citatis amicis, si velint eum defendere.*

251 *Amicitia, & conuersatio cum delinquentibus iuncta cum aliqua præsumptione facit indicium.*

Amici pupilli sunt requirendi, vt eum defendant antequam iudex decernat possessionem.

253 *Amicus potest prosequi iniuriam illatam amico eũ accusando.*

254 *Amicitia est causa, vt in casu successionis amicus anteponi possit.*

Amici debent conuocari in contrahendis nuptijs sicut

Inter caetera, quae in iure nostro quamplures, varios, ac diuersos operatur effectus, est amicitia, circa quam (vt dixit *Arist. in 8. Ethicorum*, prout eum refert *Luc. de Pen. in l. vacatit, in princ. C. de decur. lib. 10.*) legum compositores magis, quàm circa iustitiam studuerūt, *idē Luc. de Pen. in l. 1. in princ. C. de Metropol. Beri. lib. 11.* Quae quidem amicitia diuersimode diffinitur, siue magis describitur, namq; *Diuus Augustinus epist. 45. & Cicer. in lib. de amicitia* dicunt, quòd amicitia est omnium humanarum, diuinarumq; rerum cum beneuolentia, & caritate summa consentio, & secundum *eundem Ciceronem in primo Rethor.* est voluntas erga aliquem bonorum rerum illius, ipsius causa, quem diligit, cum eius pari

1 voluntate, & secundum *Aristot. in 8. Ethicor.* amicitia est beneuolentia pacis non latens, vel sic, amicitia est studiorum omnium, voluntatumq; consensus, cuius contrarium inimicitiae sunt; sed in iure nostro amicitia dicitur esse veluti quaedam fraternitas, *l. verum in princip. iuxta glos. ff. pro socio, Socyn. cons. 263. column. 6. ver. sed ad ista respondeo, lib. 3. Ias. in l. qua dotis, colum. 13. in 3. casu, ff. solut. matrim. Foller. super constitut. patereuorum, num. 80. in tit. de haeretic.*

2 Amicitia vero est quatruplex secundum *Diuum Thomam in 3. sentent. distinct. 27. quaest. 2. articul. 2. & distinct. vigesima nona, articul. 6.* scilicet naturalis, domestica, ciuilis, & diuina. Haec autem amicitia domestica, siue ciuilis, quae spectat praecipue ad materiā, de qua sum-

B mus

nius tractat,est trium graduū. Primus quorū est,quādo amicitia est maxima, & penitus inhærens animis inuicem se amantium, vt eadē aīa duobus in corporibus esse videatur de qua habet apud *Lebertium in Dialogo, qui Toxaris inscribitur*, *quem referunt Alciat. in l. latæ culpa*, §. *amicos in princ. ff. de verb. signif. & Caron. in tract. de iuram. decisor. q. 6. 9. q. princ. n. 3.* circa quod dicit *Rebuff. in tract. de priuil. scholar. priuil. 104. nu. 9. in 18. to. tract. diuer. car. mihi 52. amici veri duo sunt corpore, anima vero est vna*, idemq; ante eum figurauerunt *Ouid. in 4. de tristib.* dum dixit.

Hi duo corporis, mentibus vnus erant.

Et Horatius in 3. Ode.

Et serues animæ dimidium meæ.

In tātum quòd *Cicer. in lib. de amicitia* asseruit, quòd verus amicus est alter idem, quod dictū ex Nostratibus sequuti fuerunt *Io. de Amicis cons. 85. nu. 13. & Illustriss. Cardin. Dom. Tusch. in suis conclus. in verb. amicitia, nu 3.*

Secundus gradus est in amicitia, quæ non est tam ardens, & arta, sed tamen non leuiter coniuncta; & honesta consuetudine introducta *Caron. vbi supra.*

Tertius gradus est amicitiæ vulgaris, & cōis, qua homines viles, & abiectæ conditionis se inuicem amicos appellant, *Caron. d. nu. 3.*

Posset etiam & Quartus adduci amicitiæ gradus, hoc est illa, quā mali, & pessimi homines inter se cōtrahunt p aliquo facinore perpetrando, vel aliud malum agendo, sed hęc talis non dr amicitia, sed potius factio, conspiratio, fraus, & dolus, vt dixit *Salustius in Iugurt.* dū inquit, *Inter bonos amicitia, inter malos factio est*, & ex *Nostratibus voluerunt gl. in l. lata culpa*, §. *amicos, ff. de ver. signif. Bald. in l. eos, C. de test. Mascard. in tract. de probat. concl. 85. nu. 11. Natt. cons. 298. nu. 4. lib. 2. Farin. in tract. crim. q. 43. nu. 174. Cirill. Fulg. in summa in tit. de pœnis*, §. 3. *nu. 18. vers. unde non est amicitia, & Arist. in 8. Ethic.* loquens de tali amicitia, eam appellat impropriè amicitiam, dum dicit *amicitiæ genera plura sunt, primum aūt eam nominamus, quæ inter bonos est, quia boni sunt: reliqui autem ex similitudine amici sunt, &c.* ideo cū loquimur de amicitia, eiusq; effectibus, in iure nostro semper intelligere debemus de ea amicitia, q̄ est in primo, & secundo gradu, & non in alijs, *Caron. in tract. de iuram. decisor. q. 6. 9. q. princ. n. 3.* qui dicit quòd licet *Alciat. in d. l. latæ culpa*, §. *amicos, ff. de verb. signif.* videatur sentire, vt ea oīa habeant locū tantum in primo gradu amicitiæ, attamen, ex quo hodie talis amicitia est rarissima, & ad superos conuolauit (*vt dicit Alciat. in d.* §. *amicos, & Io. Batt. Magonus in lucerna morali, p. 1. c. 2. nu. 4.*) debet intelligi, & operari etiam in secundo, quod tamen *Alcia. in meo lib. in princ.* non dicit, prout ipse *Caroc.* asserit; sed quod omnes effectus amicitiæ, a legibus positi, habeant locum in hoc secundo gradu, licet referens postea aliquos ex effectibus ipsis dicat quod illi habent locum tantum in primo gradu amicitiæ, quod tamen dictum *Caroc.* puto quod sit verissimum in aliquibus casibus, & effectibus, vt cum dicimus (prout *Pitagorici*) *inter amicos omnia deberi esse communia*, nam hoc intelligere debemus de amicis in primo gradu amicitiæ descriptis, & sic dum *Philosophus, & ibi Commētator in 9. Ethicor.* dicit, *Amicis est anima vna, & omnia communia, nec est amicus, nisi amico cor suum prabeat. & Tullius lib. 1. de offic. & S. Augustinus, lib. 2. confess. Amicitia dulcis est propter bonitatem animorum, ideo qui amicus est, amico omnia communicat, s. cor suum, & bona, & Tiraq. super. ll. connub. l. 4. nu. 26. Ne quid inter amicos fictum, fucatum, tectum, uerùm nuda, simpliciaque sint omnia.* hi omnes, & similes debent intelligi (vt iam dixi) de amicis in prima classe amicitiæ constitutis; sed istis calamitosis temporibus experientia compertum est, vt non solum non reperiatur amicus aliquis, prout in primo gradu amicitiæ descriptus est, verum etiam cum magna difficultate reperitur is, qui verè sit in secunda specie amicitiæ, cum vsu frequentior sit ea amicitia, quæ à commoditate initium habet, & durat durante ipsa commoditate, prout dixit *Philosophus in* §. *Ethicor.* quem refert *Ripa in l. si vnquam, num. 38. C. de reuoc. donat. Constant. Roger. in tract. de summo bono vers. nunc congruum est, num. 17. in 3. tom. tract. diuers. p. 2. car. mihi 10.* Et est versus.

Nullus amor durat, nisi fructus seruet amorem.

Et *Bart. in l. 1.* §. *mandatum, num. 2. ff. mandat.* ad propositum dixit, quòd hodie amicitia inter paucos inuenitur, & *Ozer. in sua summa, siue manis institut. moral. lib. 9. c. 3. in prin.* dixit quòd hodie non amatur amicus, sed commoditas, quę ex amicitia prouenit. Et redeundo ad nostrum pricipale institutum, puto quod tutius sit istud remittere arbitrio iudicis, qui iudex arbitrabitur quis sit amicus, & qualis amicitia, & an iura huiusmodi de effectibus amicitiæ in eis locum habeant, quàm circa hoc datè certam, & determinatam regulam, ita dixerunt *Paul. de Castr. in l. eum alienam, C. de leg. Simon de Pretis in trac. de interpret. vltim. volunt. lib. 1. interpret. 2. dub. 2. solut. 4. num. 7.*

Requisita autem veræ, & realis amicitiæ sunt sex, secundum *Caroc. in tract. de iuramento decisio. in 6. quæst. 9. quæst. princip. num. 5.* quæ) vt ipse asserit) colliguntur virtualiter *ex text. in l. latæ culpa*, §. *amicos, ff. de verbor. significat.* Primum requisitum est, vt amicus debeat esse notus amico, quia nihil amatur, nisi prius cognoscatur. Secundum vt is talis sit coniunctus non leui amicitia, ideo non videtur

tur amicus, qui est leui amicitia notus *Alber. in l. cum quidam, n. 1. ff. de leg. 2.* Tertium quod sit familiares diuturna familiaritate, & consuetudine astrictus. Quartum quod illa familiaritas sit quæsita honestis rationibus, & medijs, quia amicitia ex honesta causa cõtracta, & copulata, dr̃ propriè, & vere amicitia, secũdum 10 *Constant. Roger. in tract. de summo bono. vers. tunc congruũ est n. 18. in 3. to. tract. diuers. p. 2. tar. mibi* 10. est tñ verum q̃ multæ amicitiæ principiũ habẽt à causa illicita, & tractu temporis amicitia fit licita. Quintum requisitum est quod iura ipsa amicitię sint quęsita cum patrefamilias, idest cum viro honestę conuersationis, & famæ, *l. pronunciatio, §. matrem familias, ff. de verb. signif. & in l. latæ culpæ, §. 1. eodem tit. Tho. Actius in tract. de ludo Seaccor. q. 12. n. 49. Rol. Cauaga. in obseru. ad decret. Montisferr. decret. 1. §. 17 n. 1.* & hoc procedit ex eo, qa sine virtute amicitia consistere nõ pôt, secundũ Tulliũ, quo fit vt amicitia reproborũ non sit propriè amicitia, vt dicã paulo inferius, ideo est oĩno fugienda, *l. nullus, & quod ibi not. Doctores, & præser. Sal. C. de malef. & mathema. Bertac. in repert. in ver. amicitia reproborum, Tiraq. in tract. de pens temperand. aut remitten. causa 22. n. 89. Lel. Zane. in instit. cler. instit. 6. n. 3.* quod aduertens Cato inter cætera sua fere diuina instituta dixit.

Cum bonis ambula.

Et Regius Propheta *salmo 17.* scripsit, *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris*, quasi dicat fugias amicitiam reproborũ, ne fias malus, & sequere illã bonorum, vt fias bonus, & perfectus, & est vulgare Axioma, *Cõ chi sci visto sei rasomigliato.* Et aliud, *Dimmi con chi vai, & ti so dire quel che fai.* Et aliud, *Chi conuersa con pazzi assai presto impazzisce.*

Sextum requisitum est qđ amicitia sit quæsita rõnibus, idest non cauillationibus, non lenocinijs, neq; adulationibus, vt hodie perfæpe fit, ideo vera amicitia non potest esse nisi 11 inter habentes charitatẽ, *Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius in ver. testamentum, il 3. n. 48. de testam. qui refert Diuum Hieronymum in epistola ad Paulinum in princ.* dum dicit, *Veram esse necessitudinem, qua Christi glutino copulata est, & quam Dei timor conciliat.*

12 Qualitates vero, seu proprietates amicitiæ (prout eas describit *Io. Bapt. Magon. in lucerna morali, p. 2. c. 1. nu. 6.*) debent esse ọcto, Prima vt semper sit recens, neq; diuturnitate tẽporis tepescat. Secunda vt omnibus pateat, & amicus amicum suum publicè confiteri non erubescat. Tertia vt in arduis amicus, & in persona, & in rebus promptus quomodocunq; reperiatur. Quarta qualitas est, vt perpetuo seruetur amicitia. Quinta vt in prosperis, & in aduersis constans permaneat. Sexta vt intrinsecum amico non abscondat. Septima vt cor verbis, & verba cordi correspondentiã tribuãt. Octaua vt nullo tẽpore aboleatur, nullaue locorũ intercapedo ne amicũ separet amicitia.

Quos omnes qualitates Romani antiquitus ostendebant quodam Hieroglifico picturæ, namq; ipsam ita pingebant.

Primo, iuuenis forma.

Secundo, discopertam capite.

Tertio, rudi tunica indutam.

Quarto, in eius fimbrijs descriptum erat mors, & vita

Quinto, in fronte notatum habebat, æstas, & hyems.

Sexto, habebat latus apertum vsque ad cor.

Septimo, brachium inclinatum, digito cor ostendens.

Octauo, longe, & propè descriptũ habebat.

Sed væ temporibus nostris, in quibus si esset describenda, & pingenda moderna amicitia, deberet pingi non solũ senex, sed ẽt decrepita, non capite detecto, sed penitus velato, & occulto, non rudi tunica, sed veste satis præcinta, & attellata, in fimbrijs nõ cum scriptura, mors, & vita, sed durante commoditate, & vtilitate, in fronte non æstas, & hyems, sed floridum, ver non latere aperto vsq; ad cor, sed loco cordis patefacti, cor satis occultatum pluribus pãnis, & vestibus, & plusquã planta palmæ saluaticæ, quę apud nos vulgariter dicitur (ciafaglioni) q̃ planta hẽt plusquã centũ inuolucra, antequã possit penetrari ad intimum, & dulce non digito ostendens cor, sed palma illud occultante, & tandẽ absq; scriptura, longe, & prope, sed prope qsque: & hoc qa vt plurimum hodie amicitia cito senescit, nec inter amicos reperiť realitas, & veritas, sed fraudes, ingãna, & mẽdacia, itẽ magis practicaẽ, & cõuersaẽ ceremonijs, & obsequijs, q̃ legalitate, & & charitate, & magis fictione, quã affectionẽ.

Et quãuis hodie amici parui inueniãť, qui sint verè amici, nihilominus si q sũt, inter eos debent seruari pcepta, siue leges amicitiæ, sine 13 qbus ipsa stare non põt, q̃ sunt quatuor, quarum legum est Prima vt ab amicis honesta petamus, & non rogemus turpia, nec patiamur ab eis rogari, *ita Marc. Tull. de amicitia*, quem sequitur *Guliel. de Bened. in repet. cap. Raynutius in verb. testamentum, il 3. nu. 48. de testam. Marian. Soc. in c. repellantur, nu. 5. de accusat. Io. Sicard. in l. 14 eos, nu. 3. C. de test.* ideo amico iniusta petenti non est assentiendum, & dicit *Soc. loco citato, ex Valerio Maximo in lib. 6. cap. 4. tit. de grauit. dicta, aut facta*, quod cum quidam Rutil. impropearet amico, ex eo quod non fecerat quod ille rogabat, respondit, *Quid mihi prodest amicitia tua si pro te quid inhonestum acturus sim*, & dicit

gl. super S. Matthæum quam refert *glossa nostra in rub. C. de mendic. val. lib. 11. iustius feceris si iniuste petentem correxeris, quàm si ei dederis qd petit,* & facit *tex. in l. Atilicinus ff. de seruit. rusticor. prad. & Io. Redin. in trac. de maiest. princ. in verb. grauem, n. 13. & 14. in 16. to. trac. diuers. car. mihi*
15 *162.* dixit quòd amicis iniusta petentibus nō solum petita sunt deneganda, sed etiam grauitate verborum ipsi petentes sunt reprehēdi, & Cato satis ad propositum.

Quod iustum est petito vel quod videatur honestū.
Nam stultum est petere quod possit iure negari.

16 Et Abb. noster Consiculus, q cōiter Panormitanus appellat, ex quo huius Vrbis fuit meritissimus Archiepiscopus, & S. Ecclesiæ Cardinalis, scriptū reliquit *in c. repellantur, nu. 3. de accusat.* quod amicitia debet tantū causare honestos effectus, & nō quod p amico turpia ge-
17 ramus, & *Natt. conf. 298. n. 4. li. 2.* dixit q nomē amicitiæ sonat in bonū, & excludit psumptionē, vt quis p amico falsum deponeret, q a non præsumit quod quis sit oblitus animę suę pp amicitiā, secundū *Barbat. conf. 3. n. 71. lib. 2.*
18 imò amicitia nullā tribuit excusationē peccati, si amici cā peccaueris, *ita Tull. in lib. 3. de offic.* quem refert *Soc. in c. repellantur, nu. 5. de accusat.*

Secunda lex, siue præceptum amicitiæ est, vt sit realis, & effectualis, & non ficta, seu adu-
19 latoria, *Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius in verb. testamentū, il 3. n. 48. de testa. qui refert Tullium in li. de amicitia, dum dicit, In amicitia nulla pestis maior est, quàm adulatio, & vitiosa simulatio, qua verum iuditium tollit, & amicitiam adulterat,* qbus addo *Diuū Ambrosiū in lib. 3. officior.* dum dixit, *Non est vera amicitia vbi est fallax adulatio, & Aristot.* loquens de amicis fictis *in 9. Ethicor.* dicit, *Qui fingit se amicū, & non est, peior est eo, qui facit, seu cudit falsam monetam, & Seuerus Boe-*
20 *tius de consolat. Philoso. lib. 3. prosa 5. ait, Qua vero pestis efficatior est ad nocendum, q familiaris inimicus? quem refert gl. in c. 2. in verb. hostis 93. dist. & est argum. in l. lata, C. de dolo, Iodoc. Damoder. in encherid. parium, aut similium iuris in verbo amicus*
21 *fictus,* q dicit quod nil est deterius q fict⁹ amicus, ad q bene confert illud vulgatū carmen.

Non odium grauius quàm simulatus amor.

22 Et *Labertius Diogen. de vit. & mor. philoso. dicebat, Magis amicorum fictorum inuidiam, q inimicorum patentes insidias cauere debemus, illud enim celatum, hoc vero apertum malum, & Gulielmus Durādus* à Nostratibus *Speculator* appellatus *in tit. de aduocat. §. 9. n. 7. Nulla (inquit) pestis maior q familiaris inimicus, & Diuus Augustinus ad Vincentium Donatistam, & Rogatistā* scribit, *Non oīs qui parcit amicus est, nec oīs qui verberat inimicus est, meliora enim sunt vulnera amici, q voluntaria oscula inimici, melius est enim cum seueritate dilige-*
23 *re, q cū lenitate decipere. Et prouerb. 27.* habetur, *Meliora sunt vulnera diligentis, q fraudulenta oscula odiantis,* & denique amor, q in affectu est, pprie amicitia dicit, prout scribit *Arist. in 8. & 9. Ethic. & Seneca epistol. 29. ad Lucilium, Qui amicus est amat, qui amat non vtique amicus, est amicitia semper prodest, amor aliquando nocet, non est qd amicum tantum, vel in foro, vel in curia quæras, si diligenter attenderis, domi inuenies, eū rat enim qui amicum in atrio quærit, & in conuiuio probat, pecto-*
24 *re enim amicus non in atrio inuenitur,* & tandē nō sufficit amicitiam lingua, vel verbo, sed opere demōstrare, put habet ex *Diuo Ioan. c. 3. dū inquit, Non diligamus verbo, aut lingua, sed opere, & veritate. Et ex Apostolo epist. 2. ad Corinth c. 6. Exhibeamus nosmetipsos Dei ministros, &c. & ibi In charitate nō ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei,* immo, & ipse Dominus noster Iesus Christus tales fictiones verborum detestans reprehendit Hebræos, dum dixit, *Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me.*

25 Tertia lex siue præceptum veræ amicitiæ est, vt sit discreta, ex quo non dr vera amicitia eorum, q quosdā adeò stulte diligut, quod volēdo vti amicitia excessu doni, & muneris, se ipsos damnificant, & concutiunt (vt vtar verbis *Gulielm. de Bened. in repet. c. Raynutius in verb. testamentum il 3. num. 48. vers. tertia lex de testam.*) contra quos loquitur Cato, dum dicit.

Dilige sic alios, vt sis tibi carus amicus.
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.

Et est vulgare dictum, quòd prima charitas incipit à seipso. Et Ariostus in suo Furioso.

Et qual è di pazzia piu segno expresso,
Che per saluar altrui perder se stesso.

Quarta lex siue præceptum amicitiæ est, vt sit constans, & firma, & quod nunq deficiat, præsertim in aduersitatibus, vt dicit *Valerius Maximus, lib. 4. c. 7. in tit. de amicitia in principio, Sinceræ fidei amici præcipuè in aduersis rebus cognoscuntur, in quibus quidquid præstatur, totū à cōstanti beneuolentia proficiscitur felicitatis cultus maiori ex parte adulationi, quam charitati erogatus certe susceptus est; & S. August. in lib. 10. confess.* scribit, *Adulantes amicitiam peruertunt, & semper in necessitate deficiunt, et Prouerb. 18. habetur, omni tēpore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur. Et prouerb. 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos, a paupere autem, & hi quos habuit separabūtur. Et Seneca in Tenalto Tragedia 2. asserit Quos*
26 *amor verus tenuit semper tenebit. Et Labertius Diogenes de vita, & morib. Philos. ait Amicis fælicib⁹, & infelicibus, idem sis. Et iterum alio loco Vis experire amicum, calamitosus fias. Et eclesiast. 6. legitur, Vere enim est amicus, mensæ, & non permanet in die necessitatis. Et iterum 22. Fidem posside cum amico in paupertate illius, & i bonis illius lateris, in tēpore*
27 *tribulationis illius permane illi fidelis.* Et tales amici, q in necessitatibus amicos suos desetūt, hi-

rundi-

rundinibus æquiparant, q̃ dum durat extiuũ tempus nobiscum permanent, tempore vero hyemali statim à nobis recedũt, quia ipsi tpe calamitatum nostrarum nos deserunt, ꝑut asserit *Io. de Terra Rubea contra rebelles suorum regum iugl. super verbo nõ erat rectum fol. 55. Et Isidorus de summo bono lib. 2. inquit. In prosperitate iuncta est amicitia, nescitur vtrum felicitas, aut ꝑsona diligatur*, cuius *Isidori verba refert S. Gregor. in lib. 7. moral. & Boetius de cõsolat. li. 3. prosa 5. scripsit, An præsideo sunt amici, quos non virtus sed fortuna conciliat, sed quem felicitas amicum facit, infortunium faciet inimicum, & ideo solet dici, Aurum in igne probamus, amicos autem in aduersitatibus decernimus, quod intendens Ouid. de tristibus eleg. 8.* satis ad propositum dixit.

28

Donec eris felix multos numerabis amicos.
Tempora si fuerint nubila solus eris.
Aspicis vt veniant ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aues.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam
Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Et iterum *de tristibus lib. 1. eleg. 4.*

Sic tamen hac nauis vento feretur amico
Ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea Pirothous non tam sensisset amicum
Si non infernas viuus adisset aquas.
Vt foret exemplum veri Phocens amoris
Fecerunt furiæ tristis Oreste tuæ

Et iterum *paulo inferius.*

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuuat & vultu ridet fortuna sereno
Indelibatas cuncta sequuntur opes:
At simul intonuit fugiunt, nec noscitur vlli
Agminibus comitum, qui modo cinctus erat.

Et iterum *de Ponto lib. 2.*

Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est:
Quæ simul intonuit proxima quaq; fugat,
Sic ego non paucis quondam munitus amicis.
Dum flauit velis aura secunda meis.
Vt fera nimboso tumuerunt æquora vento,
In medijs lacera naue relinquor aquis.

Et *Ludouicus Ariostus* satis prudenter in suo *Furioso* dixit.

Alcun non po saper da chi sia amato
Quando felice in sù la ruota siede,
Pero c'ha i veri e' finti amici a lato,
Che mostran tutti vna medesma fede;
Se poi se cangia in tristo il lieto stato,
Volta la turba adulatrice il piede,
Et quel che di cor ama reman forte,
Et ama il suo signor doppo la morte.

Et concludendo dico cum *Petr. Rebuff. in tract. de priuil. scholar. priuileg. 104. num. 29. 18. tom. tractat. diuers. cart. mihi 52.* quod ille est amicus verus, qui omni tempore, & in aduersitate, & prosperitate amicum diligit, & sequitur, & huiusmodi amico fideli nulla est comparatio, vt habetur *Ecclesiast. 6.*

29 Et quia amicitia est iuris naturalis, & à principijs naturalibus ortum habet, vt dixerunt *Fortun. Garc. in tract. de vltimo fine iuris, nu. 82. in 1. to. tract. diuers. car. mihi 111. Io. de Ligna. in tract. de Amicitia, su princ. n. 5. & in 3. q. n. 1. & 4. in 12. tom. tract. tract. car. mihi 227. Lel. Zanc. in instit. cler. instit. 6. nu. 6.* ideo est de genere permissorum, *l. lata culpa, §. amicos, ff. de verb signif. Menoc. cons. 102. n. 2. lib. 1.* qui etiam *nu. 27.* dicit quod est laudabile amicitias contrahere. Sed circa hoc est satis cogitãdum antequam cum aliquo amicitia contrahatur, secundũ *Alban. in lucubrat. ad Bar. in l. admonendi, nu. 28. ff. de iureiur. & Soc. in rub. extra de iniurijs*, dicit qd' amicos hre est melius quàm honor, & quàm fama, & melius est amari, quàm honorari, quod ante eum dixit *Philos. in 8. Ethicorũ Pet. a Plaz. in epitom. delict. cap. 43. nu. 2.* & est versus.

30

Vtilius regni est meritis acquirere amicos.

31 In tñ quod *Salustius in Iugurta* dixit quod copia amicorũ nulli vnquã satis fuit. *Et Quintil. Declam. lib. 5. dixit, Nõ reperio quid in rebus humanis excogitauerit natura pstantius amicitia. Et Val. Maxim. li. 4.* asserit quod vita hominis est deserta nullius amicitiæ cincta præsidio, *& Aristo. in 8. Ethic. Nullus eligeret viuere sine amicis habens oĩa alia bona. Et Cicero pro Roscio. Amicitia, & Fides duæ res sanctissimæ, & Eccles. 6.* vt dixi, habet, *Amico fideli nulla est comparatio*, & iterum, *Amicus fidelis protectio fortis, qui inuenit illũ, inuenit thesaurum.* & idem *eccles. 24. Beatus qui inuenit amicum verum. Et Philos. in 8. Ethic. In infortunijs refugium est ad amicos.* Et tandẽ multas alias cõmoditates, & vtilitates, quas amicitia attulit, ponam latius *infra in ipsis effectibus.*

32 Amici vero sunt palam laudandi, & secretò admonendi, secundum *Tiraq. in trac. de leg. connub. l. 9. nu. 232. & Card. in clem. 1. §. 1. de iureiur.* ꝑut eũ refert, & seqñt *Bertac. in suo reper. in uer. amicos clã*, circa quod Diuus *Ambrosius li. 3. officiorum* scribit, *Obiurget amicus amici non iactantiæ studio, sed affectu charitatis, neq; admonitiõ aspera sit, neq. obiurgatio contumeliosa*, & iterum, *si quid vitij in amico cognoveris corripe occulte, si non audierit corripe palã, errãtem amicum incorrigibilem oĩo deseras. & Senec. in lib. de moribus ait*, Amicos secretò mone, palam autem lauda.

33 Et quia (vt dixi) amicitia procedit à principijs naturalibus, ideo inter oẽs in dubio ꝑsumitur *Bar. & Bal. n. 17. & Sal. n. 2. in l. si qs testib' C. de test. Gram. cõs. 42. n. 11. Alex. in l. non solũ, §. qui alieno, ff. de ꝓcur. Bero. cõs. 16. n. 24. lib. 3. Rim. iun. cons. 88. n. 35. lib. 1.*

34 Et si vis scire varios modos, quibus probetur amicitia, consulas *Masc. in tract. de ꝓbat. cõcl. 85. per tot. Io. de Amic. cons. 7. n. 41. & cõs. 85. n. 17. & cons. 4. n. 18. Bal. cons. 40. n. 1.*

